



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

91-7-4

MED 2381

7. 9a

Digitized by Google

13345 Ad  
TRACTATVS NOBILIS PRIMVS, 1704 n

In quo,

**ALCHIMIAE  
SEU CHEMICAE, ARTIS  
ANTIQUISSIMAE NO-  
bilissimae & iucundissimae,**

**CUM INVENTIO ET PRO-  
gressio, obscuratio & instauratio, tum  
dignitas, necessitas & utilitas,  
demonstratur;**

Et simul convincitur, res naturales, ex  
quibus morborum remedia desumuntur, im-  
pura & maligna qualitate non carere, addita  
dictae labis rerum naturalium origine &  
causa verissima,

*In Reverentiam, honorem & dignitatem  
MEDICINAE HERMETICAE:*

Omnibus studiosis, cum Physicae, ad exactam rerum  
cognitionem, tum Medicinae, ad perfectam &  
curam medicationem utilissimus,

*opera, studio & vigilijs*

**PETRI AMELUNGII, STEN-  
dal. March. Brandeb. Med. Facult.**

D. L. P. editus.

*Ab VNO In VNO, & ad VNVM omnia.*

Lipsiae Michael Lantzénberger excudébatur

Anno M. D. CVII.

*Sumtibus Jacobi Apelij Bibliopola.*









Divo

RVDOLPHO  
SECUNDO,

IMPERATORI  
ROMANORVM AVGVSTISSIMO, ÆTERNAM A  
DEO OPT. TER MAX.  
precatur salutem



*Petrus Amelungius Med. D.*

**L**IMPERATOR  
Augustissime, mul-  
tos multa moliri  
constat vana, irri-  
ta atq; simul im-  
pia Mortales, atq;  
p̄sertim illos, quos  
seposita, vel potius omninò remota, claris-  
sima illa lucerna, quam tanquam normā,  
Polyleti regulam, aut Cynosuram ipsam  
in omnibus suis sequi meritò, colere reli-  
giose

giosè atq; venerari debebant actionibus, aurea nimirum illa Sapiencia, ipsa adigit necessitas.

Cuius vis certè magna, insignis, illustris! Quod enim in Caelis DEUS est; in terris IMPERATOR; quod, inquam, in sideribus, Vegetabilibus, Mineralibus & Animalibus; quod Sol, quod Vitis, quod Aurum, quod Homo; hoc certè in omnibus, tam divinis, quam humanis, & tam humanis, quam divinis actionibus ipsa est Sapiencia.

Est autem illa, de qua hic dicitur Sapiencia, non tantum Creationis operum, si non perfecta, quae vix mortali in hac concessa mortalitate, mediocris tamen illa, cognitio; verum etiam, & quae potissima illius pars, DEI OPT. TER. MAX. Essentia & voluntatis, per Prophetas, Evangelistas, Apostolos, & ipsum Aeternum Aeterni DEI Filium, CHRISTVM patefacta firma & solida scientia.

Sapiencia igitur, cum de DEO OPT. TER. MAX. tumq; Natura operibus firma & solida sit scientia, utpote quae hominem

minem beatum reddat atq; felicem, & quod quicquam utilius, maius, præstantius & dignius accidere possit homini, haud vident Sapientes.

Elogijs hinc planè nobilibus, divinum illud Oraculum ipsam Sapientiam, eiusdemq; pios, fidos atq; sedulos commendat, ornas atq; exornat Artifices: quæ cuilibet nostrum, nisi essent optimè cognita, atq; ferè perspecta penitus, ob oculos hic collocarentur omnium.

Et quamvis inveniantur hodierno die quidam plurimi, qui contempta hac atq; spreta, delectentur voluptatibus: alij inhient, iactitentq; suas divitias; vel etiam alij in sua gloriantur malitia: (impj enim ubi malè fecerint, gloriantur) Vana tamen, & perniciofa illos peragere omnia, atq; æternum in æternis errare atq; aberrare tenebris eosdem, omninò necesse est.

Verum, bonorum omnium reliquorum nobilissimorum, quæ sola beant hominem, salubrem & fecundum fontem, & quasi scaturiginem perennem, hanc quam dixi antè, esse Sapientiam, cum alia multa,

tum in primis divinum attestatur Numen. Quod nimirum Regius ille Salomon, ubi petendi, à DEO OPT. TER MAX. dabatur optio, contemtis & spretis alijs, eligendo Sapientiam, non tantum hanc assecutus sit rerum dominam Sapientiam, verum etiam una accesserint divitie, honores, atq; simul longeva promissa vita.

Et si verò sapientia illa, ex Creationis hausta operibus, ad aeterna salutis insignia & diadema consequendum sufficit minimè; sed potius Aeternus Aeterni DEI Filius, λόγος, Nuncius & interpretes divini illius, & Entis & Mentis, ΧΡΙΣΤΟΣ, est audiendus studiosissimè: attemen res in-Natura conditas non vult negligi; verum potius summo investigandi studio illarum facultates, vires, & potentiam, atq; oculis religiosissimis nos contemplari easdem, ipse Rerum Conditor jubet & imponit serio, cum in illis omnipotentia, sapientia, providentia, misericordia & bonitatis eius illustrissima appareant documenta. Quisque enim nostrum, ni modo ad pastum tantummodo, pecoris instar ab-

jectus

jectus fuerit, fateatur ingenuè necesse est, quod tam superiore quam inferiore contenta globo, Creatura opera omnia, non tantum Mens illa mundi, princeps, dux & moderator reliquorum luminum omnium Sol; atq; adeò cum gente reliquorum siderum tota; Verùm etiam Planta; Lapidés, Mineralia, Metalla & Animalia omnia, infinitam, immensam atq; ineffabilem DEI OPT. TER. MAX. omnipotentiam, sapientiam, providentiam, gloriam, misericordiam & bonitatem clamitent ipsam, atq; oculis contuenda se propinant atq; proposita manibus ipsis contrectanda, ut scriptura loquitur, offerant clarissimè omnibus; Vnde ipsum iam dictum rerum Opificem exactius intelligere atq; ardentius amare, diligere, honorare, venerari, atq; eidem pia fundere vota discamus meritis.

Admirandam illam Naturam sapientiam (cum altera de DEI OPT. TER. MAX. Essentia atque voluntate agens, ad sacros spectet Antistites) illa philosophia pars, quae physica dicitur, proponit exactè.

¶ Quam

*Quam rerum Naturalium scientiam illustriſſimi & potentiſſimi etiam, in, atq; extra Eccleſiam conſtituti Domini, non tantum addidicerunt atq; adamarunt impenſè; Verùm etiam tanto eius amore fuère capri, ut illos ſuppuduerit minimè, literis publicis res illas naturales in ſempiternam rei memoriam commendare poſteritati.*

*Quale præſertim (ut omittam hodierna die qui ſunt Dei gratia ſuperſtites, Il- luſtriſſimos & potentiſſimos Dominos quàm plurimos, omni doctrinarum genere inſtructiſſimos) de potentiſſimo & ſapi- entiſſimo illo Rege Salomone ſacra refe- runt litera, quod nimirum infinitos de Creatura operibus ſcripſerit libros.*

*Sic de magno illo Alexandro (Rex quàmvis potentiſſimus habitus) ſcribunt veteres, quod non tantum animum ſuum Regium atq; planè Heroicum, naturalium rerum, Ariſtotele præceptore, imbuerit ſcientia; Verùm etiam tanto amoris ardore illam ſit proſecutus, ut ingenti affe- ctus dolore animi, expoſtularit graviter,  
poſt-*

postquam audieris, Praeceptorem suum Aristotelem, doctrinam sibi de Natura propositam, publicis commisisse literis atque communicasse quàm plurimis alijs.

Videre hoc licet apertè ex Epistola, quam Aristoteli scripsisse Regem Alexandrum, graves adfirmant Scriptores. Epistola in huncce habet modum: Xenophon & A. Gel- lius.

ALEXANDER, Aristoteli salutem. Non rectè fecisti, quod auscultatorios libros edideris. Etenim qua re tandem ceteris excellemus, si disciplina, quibus eruditi sumus, communes fiant omnium? Ego verò rerum optimarum peritia, quàm potentia ulla prestare maluerim.

Quem Regis Alexandri afflictum ut demulceret animum, hisce respondebat Aristoteles:

Aristoteles ALEXANDRO salutem: Scripsisti ad me de libris auscultatorijs, existimans in arcano custodiendos fuisse. Scito igitur ipsos editos & non editos esse. Cognosci enim percipiꝫ ab ijs tantum poterunt, qui nos audierint. Hec Arist.

A S At-



Atqui, non tantum ipse addidicit studia & amavit impensius Rex Alexander; verum etiam suis sumptibus adjuvit liberalissimè. Etenim natura opera Athenis indaganti studiosè Aristoteli, talenta octingenta, hoc est, quadraginta & octaginta millia coronatorum misit atq; donavit. Omitto inter alios, Peleum, Achillem, & Pyrrhum, naturalium rerum, & Medicina praesertim peritissimos, Reges potentissimos.

Quid sapientissimus & potentissimus ille Iulius Caesar? Hic inter castrorum fremitus & tubarum classica etiam, serè tractabat studia.

— media inter praelia semper  
Stellarum, Coeliq; plagis superisq; vacavi;  
Tantus amor veti,

de seipso apud Lucanum loquitur Iulius.  
Cuius benignitati debetur anni descriptio, qua utilitate cum magna, hodierno die totus fruitur orbis. Ex quibus constat dilucide, quod hodierno die homunciones quidam, idiotae nullis, vel etiam levissimè literis tincti, inutilia pondera terrae & fruges consumere nati, teruncium saltem,

tem, quo victitent, si habeant reliquum, qui non tantum ipsi primoribus, quod dicitur, labris, nobiles non degustant artes; verum etiam in nihil a què aliud suus dignunt conatus, quam ut illos, qui vigiliis multis, in illas dextrè percipiendas insudarunt, tumq; laboribus indefessus multiq; sumptibus tandem ad culmen summum artium nobilium ascenderunt fastigium, inani contemnunt fastu, probris dehonestent atq; fructu bonorum pramiorumque privent frustrenturq; dignissimo, ysdemq; ignem, imò necem severè minitentur & anatomiam, quos rubore summo atq; infamia perfusos aeterna sui suppuderet, vel potius ipsa se occultarent terra, quando hic intellexerint clarissimè, & praesertim Alexandrum Magnum, Regem illum potentissimum inter alios, non tantum praestantissimarum artium studia addidicisse, atq; in promovenda, augenda atq; illustranda eadem, egregias, splendidos & ingentes fecisse sumptus; Verum etiam eundem, non tam rerum gestarum gloria, quam nobilium doctrinarum scientia prestare voluisse ceteris. Tan-

Tantus certè, effœta hac atq; senescente mundi senectâ, artium præstantissimarum interdum est contemptus, tantumq; est fastidium, ut illa ipsa, apud imperitum atq; insensatum planè vulgus cassa, quod dicitur, nuce æstimentur viliores. Ut inde mihi nullum suboriatum dubium, quod si daretur, qui superatis umbris atq; herculeis insumptis laboribus, non tamen sine beneficio Numinis, ad artis pervenisset perfectionem, atq; summum illud, & Naturæ & artis Mystrium haberet cognitum penitus, suisq; hinc agrotis Mercurium vitæ, permanentem atq; ab ævo omni celebratam Sapientioribus illam exhiberet Aquam, ne hilum quidem apud dictum vulgus proficeret. Verùm esto: Non mira, nec nova illa, in immundo hoc mundo. Etenim viventis & Dei & Mariæ Filius ille Christus, vivificantem illam, perennem illam, atq; in omnem eternitatem perdurantem illam Aquam & panem vitæ ipsissimum, licet omnibus offerebat hominibus gratuito; attamen imperitus, ingratus ac impius ille mundus, progenies illa

illa viperarum pessima, non poterat acquiescere, donec cum arte extinxisset Artificem. Verùm quando ita volunt, irrideant stolidè, explodant sannis, insectentur odio, proscindant mendacijs, dilacerent calumnijs, afficiant infamia, atq; omnibus, quibus possint artes nobiles, eandemq; pios atq; assiduos artifices impediant atq; remorentur viribus, modo hoc (quotquot etiam illorum fuerint) sciunt unicum, sibiq; persuadeant firmiter, solum non obscuratum iri, nec mundum victurum petius, etiamsi nec ipsi praestantissimas addiscant artes, nec illarum existant patroni, Macenates, promotores, fautores.

Vixerunt olim & vivunt hodierno die potentissimi, Illustrissimi, Magnifici & Nobiles Domini, tumq; alij boni viri quam plurimi, quorum ideo fama nomenq; super aethera fertur, qui viribus omnibus, non tantum ipsi, nobilissimis artium studijs addiscendis se tradunt totos; Verùm etiam easdem cum artificibus, qui laudabiles in illis fecere progressus, & unde sera possit

possit adiuvare posteritas, ornant, exornant atque suis egregiè promouent sumptibus.

Et erunt, erunt, inquam, in seculi consumptionem, à DEO OPT. TER. MAX. excitati ydem, cum homunculi illi, cum fuci inanes illi, cum scarabei illi, cum invidi & imperiti illi, qui quanti constent studia, omninò ignorant, putrescent inter serpentes, illorumq; nomen inter homines non audietur amplius.

Tanta est certè, DEI OPT. TER. MAX. in Naturâ collocata potentia, tanta est eiusdem erga creaturam suam, hominem, misericordia, ut potius ex petra aqua; & saxo durissimo exeat oleum, atq; in amænissimo viridario, vel Rosario Hermetis cùm album, tùmq; rubeum exoriatur Liliū, quò docti, qui Dominum timeant, sustententur honestè. Ad quas admirandas, ad propositum ut revertatur oratio, à DEO OPT. TER. MAX. in Natura collocatas dotes perquirendas, investigandas atq; intelligendas operam collocat principem, pars illa physices honoratior,

tior, qua Alchemia, siue Chemia sapientiumibus dicitur.

Qua ars non est nova, quemadmodum oblatrant quamplurimi, huius scientie inimici, principium ignorantes & finem, cum Adamo atq; reliquis sanctis patribus, à DEO OPT. TER. MAX. sit revelata: atque ad hanc nostram aetatem per doctrina filios, hoc est, discipulos transmissa.

Cuius imprimis Tubalcainus exitit studiosus antiquitus: quemadmodum & Mercurius, siue Hermes Trismegistus dictus; qui in Aegypto Rex fuit potentissimus; Sic philosophus mira praeitus rerum sapientia: item sacerdotali munere insignis.

Peritiam Chemia Hermetem habuisse praestantem ab ipso relictâ Smaragdina testatur tabula. Ab hoc Hermete, ars sortita nomen, dicitur Hermetica. Neq; Moyses, Rex Salomon, & alij Reges potentissimi & sapientissimi, nobilissima huius artis destituti fuerunt cognitione.

Quales fuerunt Calid, Arabia, Nof-  
cius,

*cius, Albania, ut & Hali, Tuneti & Arabia Reges potentissimi. Omitto, qui patrum extiterint temporibus; praterco viros Illustrissimos alios, qui DEI favore hacce supersunt aetate nostra.*

*Et fuerunt*

*Multi praterea quos fama obscura recondit; qui omnes nobilem & humano generi artem utilissimam Chemicam, non solum amarunt & promoverunt amplissime; Verum etiam literis publicis posteritati commendarunt eandem studiosè: ob immensas & infinitas illas, quae hinc, tanquam ex equo Troiano, in mediam Christianae Reipubl. prosuunt salutem, cum commoditates, tumq; iucunditates quotidie.*

*Nec minor est antiqua & nobilis dictae artis Chemica utilitas, dignitas, praestantia, quam fuit antiquitas.*

*Quae quidem non divitiarum maria, non aureos montes, per artem pollicetur sanctè; Cuius jami saturabili auri fame, omni abiecto & aquo & bono, totus tectur mundus.*

*AURUM*

Aurum enim omnes ficta pietate colunt,  
 Aurum per medios ire satellites,  
 Et perrumpere amat saxa potentius  
 Ictu fulmineo &c. *ut poeta canunt.*

*Hinc nihil tam munitum, quod non* Cicero. II.  
*possit expugnari pecunia.* Vert.

*Omnia hac machina deiiciet castella,* Cic. I. ad  
*in qua modo asellus, onustus auro possit as-* Att. Epist.  
*cendere.* 12.

*Et vanalia (abusum, non usum, si* Aristot. II.  
*spectes) nummis omnia.* Rhet. 6.

*Verum non ille Chemicæ artis finis.*

*Etenim impostorum illud est flagrisq;  
 atq; supplicio omni dignorum hominum,  
 nobilem illam artem pecunia acquirenda,  
 vel etiam emungenda gratia prodere vel-  
 le, qua Maiestatem suam admirando atq;  
 simul venerando arcanorum silentio tue-  
 ri semper fuit solita,*

*Verum potius hic introducitur nobilis  
 illa Facultas Chémica, cuius beneficio non  
 tantum res naturales qualibet in sua re-  
 solvuntur principia, ut perfectas & suffi-  
 cientes illarum possimus habere causas;  
 Verum etiam impurum à puro, Venenum  
 à Medicina, corticem à nucleo separare*

B

docet



docet eadem, hoc est, artificialem atq; legitimum praescribit modum, quo duplicis illius vi ignis, corpora heterogenea solvi, homogenea verò coagulari debeant, pura scilicet ab impuris secernendo & puris addendo, quò inter alia, Medicus iuta, inrunda & efficacia habeat Remedia, quibus suborta necessitatis tempestate, utilitate cum magna, incommodo verò atq; nausea nulla, inserviat proximo.

Quem finem ubi consequitur Artifex, accidere omninò necesse est, ut cum Medicus, tumq; agrotus, ineffabilem illam ineffabilis DEI erga humanum genus misericordiam atq; immensam in rebus naturalibus collocatam potentiam, ubi videt, perspicit atq; re ipsa sentit, eundem Creatura Dominum admiretur, suspiciat atq; aeternis in aeternum decantet atque concelebret laudibus.

Quod ipsum si factum non fuerit, perpetuis submersum tenebris cecutire Medicum, non sine extrema planè hominum pernicië, quis est qui non intelligat clarissimè? Etenim miserum est, admirandae  
planè

placè rerum dotes, à DEO OPTER  
MAX. in ditissima Natura fontibus repo-  
sitas ignorare; miserius, nobilissima crea-  
ture, homini, venenata, deleteria, corro-  
siva, impura, ingrata, in quibus nec pra-  
paratio, nec dosis observatur ulla, exhibe-  
re Remedia; Miserrimum eundem Natu-  
ra illius divitis opificem non celebrare, ve-  
nerari, glorificare, atq; in aeternum aeternis  
concelebrare laudibus.

Quapropter IMPERATOR Augustissi-  
me, cum hac ars Chemica omnino sit no-  
bilis, cum tam utilis, tam necessaria, ut  
illà nequeat humanum carere genus, ego  
quoq; promissi & concrediti mihi talenti  
memor, quin illa de prædicta arte, qua ad  
eius utilitatem propagandam maximam,  
atq; dignitatem excellentem defenden-  
dam facere videbantur, meditarer, atq;  
eadem publica quin committerem luci, in-  
termittere nec potui, nec debui. Stare  
enim debemus omnes, tanquam in orbe  
aliquo Reipub. qui cum jam versatur, eam  
deligere debemus partem, ad quam nos it-  
tus utilitas saluq; converterit. Vetusstio-  
res,

res, & præsertim extra Ecclesiam consti-  
tuti Scriptores, quos nihil aequè ac diu-  
turnitatis sollicitabat cupido, in hoc qui-  
dem incumbabant unicè, ut studijs profer-  
rent memoriam, aliorumq; famam cum  
sua extenderent; & quantum illis dene-  
gatum fuisset diu vivere, relinquerent  
aliquid, quo se quoque vixisse testa-  
rentur.

*Hinc*

Virgil. 3. —tentanda via est, qua me quoq; possim  
Georg. Tollere humo, victorq; virum volitare per ora,

Et C. Plin. *inquit ille*

S. Epist. 5. Tantus amor laudum, tantæ est victoria curæ.

Virgil. 3. *Etenim* (certo:

Georg. Non jam prima peto Mnestheus, neq; vincere

Virgil. 5. (Quamquam ô) sed superent, quibus hoc Nep-  
Æneid. tune dediti,

*ut apud Poëtam inquit alius:*

Sed me parnassi deserta per ardua dulcis

Virgil. 3. Raptat amor, iuvat ire iugis, qua nulla priorum

Georg. Castaliam molli divertitur orbita clivo,

*ut cum eodem loquar Poëta.*

*Et,*

Virgil. 5. Extremos pudeat rediisse, hoc vincite cives,  
Æneid. Et prohibete nefas:

C. Plin. *cum mihi quoq; quemadmodum sapienti*  
Cæcil. S. *olim, videatur pulcrum, non pati occide-*  
5. Epist. *re,*

re, quibus debetur aeternitas; Et praesertim illi, qui nullius sibi conscius culpa, posteritatis non reformidet memoriam? hoc enim meo sufficit voto: Illud supra votum. Hoc, inquam, meo potius sufficiet voto, ubi antiqua, nobili atq; salutari illi Medicina, in totius Christiana Reipub. salutem revelata, ab Hermete quae nomen habet, hoc quoq; scripto publico pristino restituto nitore, fœdâq; ab eadem ablata macula, DE OPT. TER MAX. immensam illam & seculis profuturam, in Natura collocatam potentiam in apertum atq; in lucem protulerim clarissimam, ut inde summus ille rerum conditor, summis concelebretur laudibus.

Quapropter in hoc scribendi genere sili latioris constare mihi, quàm Ethnicis illis, rationem confido. Accedit his IMPERATOR Augustissime, quod mihi in mentem revocem meritò, ab illis, quibus IMPERATORIA tua Maestas illam largita fuit potestatem clementissimè, summam in Medica facultate dignitatem non eò solenniter exhiberi, ut qui jam pra-

dicto dignitatis exornantur titulo, sibi persuadeāt Doctōris gradum, finem imponere sapientia, & aliarum Facultatū studiis, ne vite quidem spacio terminandis, nec esse tñs xυδοξίας, hoc est, inanis gloria & insolentia, multò minus socordiae atq; inertia, turpe fomentum; Verùm potius laborum longè maiorum esse initium; Nimirum noctes atq; dies in hoc incumbere debere illos unice, quò non tantùm vera, sana atq; Sacrosancto IMPERIO Romano salutaria, utilia & necessaria artium sive facultatum dogmata doceant iuventutem, imitentur in praxi; Verùm etiam literis propagent, amplificent & illustrent publicis eadem, cum ab oblivionis vindicent iniuria, tumq; contra imperitissimorum, invidorum atq; scelestorum hostium omnium omnes incursiones facta recta conservent, defendant atq; tueantur sanctè.

Quapropter ego quoq; IMPERATOR Augustissime, officij debiti memor, de antiqua, nobili & praestanti arte Chemica, quae studio & vigilijs conceperam domi,

mi, suafu atq; hortatu clarissimarum Medicorum, quorum iudicijs subieceram, publica perfrui tunc volui.

Et certe, DEO OPT. TER. MAX. offerre grata; hominibus verò proponere utilia, atq; discendi optima percupidis velut specula, lumen quod sequantur, tunc ostendere, idem utilitatis habet, arrogantia nihil, laborum verò & vigiliarum multum.

Res profectò ardua; vetustis novitatem dare; novis auctoritatem; fastidis gratiam; obsoletis nitorem; obscuris lucem. Itaq; non affecutis saltem voluisse abundè pulcrum atq; magnum est. Equidem ita sentio, peculiarem in studijs causam esse eorum, qui difficultatibus victi, utilitatem iuvandi pretulerunt gratie placendi, ut cum sapientissimo loquar C. Plinio S. Et quamvis sciam optimè scripta hac si proferantur palàm, aliquot fore insipientes, qui instinctu ipsius cacodæmonis, apud stultos praesertim stultè cavillentur, irrideant atq; arrodant; tumq; vitiligent; & ij praesertim, qui cum vera lau-

dis verè sint expertes, obtreçtatione aliena scientia sibi temerè aucupantur famam, verùm orationes illorum impias sino praterfluere, cum non dubium, quin inscitiam ipsam, hìc tanquam premium reportent dignissimum; illic verò extremo nimirum iudicij die, iustum & severum, & Dei & hominis Christi, iudicium subterfugiant minimè. Ego hanc scribendi sumpsi operam, ipsa veritate fretus, quæ quidem claudi & ligari potest, vinci non potest: quæ & suorum paucitate contenta est: & multitudine hostium non terretur, ut sapientissimè loquitur S. Hieronymus, Epist. 21. part. 3. Tract. II. L. Scipio Asiaticus attestabatur olim, vel inimico iudici se approbare posse. Ego sustentor eodem, si fortè acciderit; ut varia variorum hominum ferunt iudicia. Sed quid illud: veritas posteritatis nec reformidat memoriam, nec timet iudicium. Verùm Vitiligatores & Criticos non tamen Criticos, illos tunc demum beabimus, ubi prastantiora longè, atq; illa, quibus tam Ecclesia, quàm Respubl. adiuvari poterunt

runt commodè, adduxerint in medium.

Rerum fontes, undè hac manarint, adduxi ubiq;. Etenim benignum est (ut arbitror) & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris. Obnoxij profectò & infelicitis ingenij est, malle deprehendi in furto, quam mutuum reddere; cum praesertim fors fiat ex usura.

Autorum quamvis, in Chronologicis praesertim, varietas magna. Etenim Zuingerus Senior, ex Eusebio refert, vixisse Hippocratem circa annum Mundi 4760. At verius ex Funcio, nobili illo Historico allegat Abrahamus Bucholcerus, in sua Isag. Chronol. quòd floruerit Hippocrates circa annum Mundi 3508. tempore Artaxerxis, Persarum Regis; Gualterus verò 3511. annum habet.

Sic de aetate Galeni diversa diversorum sunt sententia. Contr. Gesnerus enim in vita Galeni scribit, quod sub Adriano Imper. vixerit, cuius imperij initium incidisse in annum Domini 220. Verùm Abrahamus Bucholcerus in sua Isag. dicta Chronol. reliquit literis, & quidem verius,

B      S      quod



quod sub Antonino Pio floruerit, anno Domini 139. Anno verò mundi 4109. Cum quo consentit ferè Henricus Panthaleon Basiliensis, historicus clarus, qui Galenum autoritate Eutrop. floruisse scribit, sub Antonino Pio, circa annum Domini 145.

Sed quilibet suo fruatur iudicio atque abundet sensu.

Quam hanc meam scribendi Hermeticam operam, in qua totius Naturae proponitur merus & purus nucleus, I M P E R A T O R Augustissime, Majestati tuae gloriosissime eò committo atq; commendo humilimè, quod non sim nescius, Imperatoria tua Majestati, quibus Sacrosanctum Romanum Imperium adjuvari possit, non tantum deberi illa omnia; verum etiam toti jam dudum innotuerit terrarum orbi, nobile doctrinarum genus dari omnino nullum, quod non Maiestas tua Imperatoria, DEI OPT. TER. MAX. beneficio, non minus, quam Hermes, Salomon atq; reliqui potentissimi & sapientissimi Reges, addidicerit solidè, intelligat perfectè atq;

de

de eodem iudicet sapientissimè; quodq; eadem in promovendis, commendandis, augendis atq; amplificandis optimarum artium studiis, qua propaganda amplius, hic etiam Maiestatis Tuae Imperatoriae implorant opem humilimè, exhibeat se benignissimam.

Et si verò, I M P E R A T O R gloriosissime, Maiestatem tuam Imperatoriam, in excelsissimo humani generis fastigio esse positam, qua homine omni maior, dignior, praestantior; solo verò O P T. T E R M A X. D E O, minor sit, sum memor optimè, & immensa hinc prater ceteras, subit cura, ut qua Imperatoria Tua Maieitati dicantur, condigna sint; Verùm & Djs lacte-rustici multaq; gentes supplicent, & mola falsa litant, qui non habent thura; nec ulli fuit vitio, celere Deus, quoquo modo posset. Sed quid multis? Etenim si D E O O P T. T E R M A X. revelare hac, non fuit ingratum; si Hermeti hac, Salomoni, Gloriosissimo & Sapientissimo nostro I M P E R A T O R I, atq; alijs Regibus potentissimis addiscere atq; de iisdem

*dem tractare publicè, nec injucundum fuit nec molestum; Ingrata hac fore eadem Gloriosissimo nostro Imperatori, quis existimabit sperabitvè unquam?*


*Quapropter IMPERATOR Augustissime, ut hanc operam benigno Imperatoria Tua Maestas aspiciat vultu, atq; simul praestantissimarum artium studia in posterum commendare, promovere, & adjuvare, uti hactenus ab eadem, idq; in sempiternam hominum memoriam factitatum fuit benignissimè, non dedignetur, peto ego, rogo atq; obsecro humilimè.*

*Nos omnes, qui Sacrosancto Romano Imperio dedimus sacramenta, hanc demus operam necesse est unicè, ut officij & dati acceptiq; beneficij memores, non tantum OPT. TER MAX. DE OMNIBUS GRATIA; hominibus verò, ingratitude praesentis seculi maximè minimè deterriti, proponamus utilia; Verum etiam eundem DEVM OPT. TER MAX. ardentibus precemur votis indesinenter, ut DIVO RVDOLPHO II. Inviçtissimo, Augustissimo, Sapientissimo & Gloriosissimo Romanorum Impera-*

peratori, Domino & Magistratui nostro le-  
gitimo, patria verè patri, generis huma-  
ni parenti, atq; salutis, pacis, & tranquil-  
latis publica, qua nihil est dulcius, pra-  
stantius, utilius, carius, tutori, defensori  
& conservatori; adeoq; toti Illustrissima  
& Serenissima D O M U Austriaca, vi-  
tam largiatur longævam, sanitatem ro-  
bustam, felicitatem aeternam, Imperium  
securum, domum tutam, exercitum for-  
tē, populum fidum, orbem pacificum. Data  
*Stendalia March. ex museo meo, die*

*Fortunati, 21. M. April.*

*Anni 1607.*



*Ad*

Ad CL. V.

**Dn. D. P E T R V M**  
**A M E L V N G I V M, P H I L O S O -**  
**P H U M E T M E D I C U M H E R -**  
**M E T I C U M E M I N E N T I S -**  
**simum atq; dexterrimum;**  
**Amicum S.**

**C H E M I A** quid possint; haud Turba **G A -**  
**L E N I C A** novit:

**C H E M I A** dum quid sit noscere Nemo cupit.

**C H E M I A** Naturam pandit; quæq; abdidit intus,  
*Elicit; & promit, quæ latuere, foras.*

**C H E M I A** Naturam exaltat; quam sterora sædis  
*Immergunt tenebris; nobilitatq; vices.*

**C H E M I A** cunctigenis morbis ex arte medetur,  
*Suavius & melius, tutius & citius.*

*Credibile est, Patres caput altius exeruisse;*  
*Naturam & cerebro supposuisse suo.*

**O A M E L V N G E,** decus Patriæ, qui Patribus æ-  
*Emulus ut studijs, Emulus ingenio; (quos,*  
*Maße animo & Genio, te postera Fama loquetur*  
*Teutonicum H E R M E T E M: Maße animo &*  
*(Genio.*

**Marcus Korschette.**  
**V. I. D.**

Ad

Ad clariss. Virum

Dr. PETRUM AMELVNGIUM

D. PATRIÆ HERMETÆ.

PURA DEVS MENS est, & PURUS SPIRITUS idem,

*Omnia quæ fiunt flamine mota facit.*

*Vivisco flatu cum prima exordia rerum*

*Cepissent, motu Spiritus intus agit.*

*Vivit homo, recipit primum spiracula vita,*

*Afflatus trino Numine numen habet.*

*Oceanus flatu volucres fert, se aëre librant,*

*Aëre confidunt, aëra tranat avis.*

*Ventorum flatu, nemoq; exordia novit;*

*Chemia sed fiant qua ratione docet.*

*Omnia sunt flatu, si tellus non tenet ipsos;*

*Emittit, recipit: sic agit ipsa vices.*

*Inquinat hæc tellus, purum cælestis at ether,*

*Expers, dat flamen, corporis atq; luis.*

*Quid homo? Mercurius, sal, sulphur, nexibus unum:*

*Hæc sed sunt Animâ nobilitata suâ.*

*Spiritus atq; hæc sunt, purissima corpora, face*

*Quæ post contaminant sterco & unda suâ.*

*Spiritus est Natura, quon dixerè Pelasgi,*

*Spiritus est motus fortis origo sui.*

*Spiritus intus agit, totos infusus in artus,*

*Se toto miscens corpore cuncta regit.*

*Ignis hic ollis vigor est, cælestis origo,*

*Noxia quam tardant corpora, vel vitiant.*

Spiritus

*Spiritus hinc regit bos sanus dum corporis artus,  
 Sanus homo est; sanis munia iusta vigent.  
 Spiritu ab immundo si spiritus est maculatus,  
 Vel malè vivit, agit vel moriturus homo.  
 Impuram labem non curat spiritus ager,  
 Impuram purum sanat ubiq; luem.  
 Pura ergo Medicus seſectur, ſæda relinquat,  
 Ipſe agris agram ne ferat ager opem.  
 O AMBLUNGE ſapis melius, cerebroq; ſereno  
 Excutis impurum dogma, & ab igne probas.  
 Tu vetus expurga fermentum, à labeq; tetra  
 Vindica, ut Ars niteat noſtra nitore ſuo.  
 Sic te poſteritas laudabit, fama manebit  
 Sic tua in æternos non moritura dies.*

Ioachimus Tanckius D.

---

Epigrammata Duo,  
 IN PRIMVM TRACTATVM  
 NOBILEM DE ALCHEMIA  
 CLARISSIMI ATQVE EX-  
 cellentiſſimi Dn. Doctoris Petri  
 Amelungii, Stendalii.

**A** Bditæ Natura, rerum cauſasq; latentes,  
 Ordine quo ſiant ſingula quòq; modo,  
 Eruere eſt Medici, aſt alio felicius alter  
 Id facit, ingenij pro ratione ſui.

Nam

Nam multi aspiciunt Natura arcana, recentis  
 Sicut opus porta nobile vacca videt.  
 Non pauci proprii jurant in verba Magistri,  
 Illaq; pro Oraculis Numinis instar habent,  
 Conantur nec quicquam inventis addere rebus,  
 Quod Novitas omnia sit fugienda bonis.  
 Falluntur verò, haud nova sunt, quae vera probantur,  
 Namq; in Natura multa sepulta jacent, (tur,  
 Quae non scrutari solerti indagine, inertis,  
 Non Medici est, gnarum quem decet esse virum.  
 Illorum ergò Labor laudandus, qui Arte magistra  
 Eruere in lucem, quod latet, omne student.  
 Quò citò, quò tuto, quò jucundeq; medelam  
 Apponant aegris, lapsaq; restituant.  
 Quod fertur docuisse Hermes, ter maximus Hermes,  
 Artibus edoctus moribus atq; patrum.  
 Hoc patrum studiù, dum prima ab origine monstras,  
 Amlangi, patrìq; Lausq; Decusq; soli,  
 Et prodisse cupis, bene de multisq; mereri,  
 Tuta, salutaris quò Medicina fiet.  
 Perge, nec ingratus te terreat incola mundi,  
 Extinguentq; enim secula nulla decus.

### Alterum.

Propositus Medico finis curatio morbi,  
 Illum si assequitur, functus is officio est.  
 Si citò, si tuto, si jucundeq; medetur,  
 Majori certe laude vehendus erit.

C

Cen



*Quem magni HERMETIS sceleretur dogma, Galeni  
Sive Arabum, rectè si modò curet opus: (aut,  
At Arabes, suavisq; Galenus sæpè fatiscunt,  
Hinc merito HERMETI Gloria prima manet.*

**Ioachimus Stoderus Stend.**  
Pastor ad D. Petrum.



*In*  
**TRACTATVM NOBILEM PRIMVM  
DE ALCHEMIA,  
CLARISSIMI ET DOCTIS-  
SIMI VIRI, D. PETRI AME-  
lungii, Medicinæ Doctoris, compatri-  
sui charissimi.**

**S***ancta Dei Medicina bonum, donumq; salubre  
In; serpentine, dira venena, luia, (est,  
Corpora Terrigenum qua sunt infecta malignè,  
Ut varijs morbis in sua fata ruant.  
Corporis ac animæ Medicus præstantia primùm  
Dat medicata quibus; Filius ergò DEI.  
Abdita cunectarum cui vis est cognita rerum,  
Et qua naturis convenienter eant.  
Qui citò, qui tutò, qui iucundèq; medelam  
Aegris exhibuit, surripuitq; malum.  
Non quod conspiciens potum porrexerit ipsis,  
Certa sed indiderit semina notitia.*

**Ut**

Ut scirent primi Patres, medicamine, in usu  
 Felici, possent qua ratione frui.  
 Hi quod Natorum Natos docuere, medendi  
 Ne sit posteritas cognitione minor.  
 Non igitur medicas docuit prior Ethnicus artes,  
 Permulti sanâ quod sine mente putant.  
 Hippocrates, Avicenna, Galenus, Mesue, Rasis,  
 Cum fructu multos erudiere viros.  
 Lans sua cuiq; manet, summè venerantur in illis,  
 Excellens lumen quod rationis habent.  
 Aliqua et surgunt divini lumine verbi  
 Adiuti, Musas qui coluere suas.  
 Tutius & sequimur ductum cuiusq; Magistri,  
 Pharmaca vel qui de principe fonte petit.  
 Aegypti ut quondam fecit doctissima Hæc & Mæss,  
 Artis tam veræ, quàm pietatis amans,  
 A patribus sanctis benè quæ perceperat, omni  
 Contendit studio nobilitare suo.  
 Hinc est scrutatus naturæ arcana subinde,  
 Ingenij mirâ dexteritate sui.  
 Quæ vires terris, herbis, gemmisq; metallis,  
 Concessæ fuerint rebus & innumeris,  
 Ipse probans illos reperit dare multa salutis  
 Organa quæ visu miræ fuere prius.  
 Ex duro lapide effecit tranare liquorem,  
 Ex aridis lignis pinguis stare dedit.  
 Ex solido Solis liquidum potabile coxit,  
 Cui cor fortandi vis generosa subest.

Res ad materiam primam quascunq; solutas,

Sal, Sulphar dixit Mercuriumq; suum.

Quae contra morbos vires habuere salubres;

Contradicientes & pudefecit opis.

Hinc Medicina suum sortita est nobile nomen,

A Doctore suo & dicitur HERMETICA.

Qua Vates inter latuit quandoq; peritos,

In magno precio cultaq; sola fuit.

Et latebris illam donec pietatis amantes,

Ac artis vera, restituere solo.

Non minimam de quo laudem PARACELSE

Quod lucem tenebris antetulisse jubes. (mereris,

Invidet ignarus tibi, quod (cui nulla cupido est

Ignoti veri) falsaq; laudat iners.

Sed frustra. Sic jussus enim jurare Magistri

In mentem, violat jura sacrata DEI,

Lege sua stolidum qui votum hoc improbat acre,

Ac verum falso praeposuisse jubet.

Hac, Amelunge, tibi fixa est sententia cordi,

Quam doctis, scripto hoc, promissis in orbe viris.

Artis enim primam revocans ab origine fontem,

Ut patribus sanctis nota medela fuit.

Quam sartam tectam conservare Nepotes,

Thesauros inter & posuere suos.

Ast ceu doctrinam divinae Mentis & Entis

Transtulit, in fictos, Ethnica turba, DEOS:

Sic quoq; pervertit veri medicaminis usum

Ethnicus, inflatus numine fictio.

Christi-

Chrificola moniti quod vix concedere possunt,  
 Hunc qui ceu magnum Numen honore colunt.  
 Inde doces verum falso secernere cautè,  
 Qua fugienda simul, quaq; probanda, notas.  
 Ut sanes sano quemvis medicamine morbum,  
 Nec facias miseris bis misera misera.  
 Zoilus hæc contra, Momus, Sciolusq; protervus,  
 Qui frendens nasum Rhinocerotis habet,  
 Emitteret tremulos naso crispante cachinnos,  
 Non audita prius visaq; quando legis.  
 Sed tu perge modò : tandem bona causa triumphat,  
 Auctoremq; suum laude coronat opus.  
 Falsa cadunt, cecidère, cadent, in tempore, sicut  
 Et sic cultori perniciofa magis.  
 Vera tenore suo veri immota manebunt ;  
 Iustus & ingenno pectore vera probat.

M. Nicolaus Möringius, in  
 templo Cathedrali apud Sté-  
 dalienfes, verbi divini minister.

Epigramma,  
 IN PRIMVM TRACTATVM  
 NOBILEM, DE ALCHEMIA  
 clariss. atque Excell. Dn. Doctoris  
 Petri Amelungii.

Non eadē est aetas, neq; mens, hinc plurima rerū  
 Disparitas vita, dispar & ordo virū.

C 3

Alter

Alter amat Musas, amat alter dulcia Bacchi  
 Pocula, se totum his mancipat atq; dicat.  
 Eius ut ad possem fixus lateat abditus antro.  
 Versandoq; jocos tempora sancta terit.  
 Isprocul à vero graditur, per & in via resqua,  
 Nec probè quid faciat, quid ve sequatur habet.  
 Nos juvat addictos studijs melioribus uti:  
 Meq; quid ex aequo iura severa velint,  
 Scrutari decuit, ratio & me nominis urget,  
 Quamvis ceu claustris abditus hic jaceam.  
 Sed benè qui cenat, benè vivit, tempora in antro  
 Mercurij absument, sit modò culta fides.  
 Martia castra decet vitare per omnia doctum,  
 Ingenij cultus non sinat esse pigrum.  
 Tu quoq; Natura solers Scrutator, Amator.  
 Qui mihi pars fieri pectoris esse studeas,  
 Et quondam quod corpus eras sine pectore multas.  
 Rite agis, hand scetus quod premis ingenij.  
 Phœbea quævis sacra patens penetrantia lucis,  
 Inq; auras redeunt cognita multa parum,  
 Ex orco revocatus adest ter dignus Apollo.  
 Ipse repubescens voce sonante redit.  
 Cui charites blandum rident, atq; auspice Phœbe  
 Petre tibi in laudem digna trophæa parant.  
 Iure clues igitur tu Delphicus alter Apollo,  
 Dum vitæ laqueos solvere rite doces:  
 Monstras Hermetem redivivum pellerè morbos,  
 Chemica quo præstent pharmaca præ reliquis.

Quid

Quid iuvat egregias inter splendere titulos,  
 Ni summi ingenium posthuma fata probent?  
 Petre tibi quod levor edax oggannit ante,  
 Iam iuste obtundis, dignaq; reddis Apra.  
 Hinc precor, ut, qui probra bonis inferre studebant,  
 Sint sine successu, sint sine pace diu.  
 Peste ruant subita, sint digni Cerite cera,  
 Et iovis hos tandem Vindicta ira premat.  
 Verum nosse iuvat, stimulat nos esse sagaces,  
 Omniaq; ad cultum facta referre piwm.  
 Laudativa sui satis est, virtusq; bonumq;  
 Naturâq; sui laude carere patet.  
 Neque enim nusquam qua laude fruiszier opus,  
 Namq; bonum in propria laude quiescit opus.  
 Hinc tua suspensis nostris haud indiga signis  
 Vina: suis floret laudibus artis opus.  
 Perge tuo in cursu, studijsq; audentior ito,  
 Fama tua hinc melior mox reditura tibi.  
 Nec morsus Momi, nec dira spicula lingvæ  
 Temoveant, satis est, plaudat Apollo tibi.  
 Darat bonos doctis, tollitq; ad sydera nomen,  
 Et iuvat indoctis displicuisse viris.

M. Iohannes Cunradi  
 Stend. Ictus.



C 4

TRA-

## Primi Tractatus Errata Typo- graphica emendanda.

Pag. 34. lin. 21. lege Et quæ. p. 38. l. 13. Mur-  
tia. p. 49. l. 12. separavit. p. 76. l. 18. celavit.  
p. 83. l. 12. scita. p. 94. l. 18. ipsæ. p. 96. l. 5. acc-  
scebat. p. 98. in margi. ex quibus. p. 104. l. 18.  
utputa. p. 112. l. 5. tanquam. l. 14. nosset. p. 125.  
l. 25. Germaniæ. p. 138. l. 6. nomina. p. 140. l. 2.  
exploravit. p. 144. l. 10. de hoc. p. 153. l. 11.  
tartareis. p. 155. l. 23. corporeis. p. 187. lin. 8.  
deleteriam. p. 189. l. 19. &c. p. 191. l. 3. conuul-  
sionem. l. 10. Et 7. p. 204. l. 1. punitam. p. 211.  
l. 4. Turpethum. p. 220. l. 21. Mandragoræ. p.  
223. l. 17. cap. 18. p. 234 l. 12. pontagiosa.

TRACTATVS NOBILIS PRIMVS,

De

## ALCHEMIA,

CAPVT PRIMVM;

QVOD

*Originem & progressionem, cum oppressionem, obscurationem & restorationem, tuncq; dignitatem, utilitatem & necessitatem nobilissimam, inmundissimam & utilissimam illius artis Alchemisticae, cuius beneficio solius, non tantum res naturalis qualibet, in sua resolvitur Principia, ut in rerum naturalium earundem solidam perveniat Physicam cognitionem; Verum etiam impurum à puro, Venenum à Medicina, cortex à nucleo separatur, ut tuta, incunda, & efficacia Medicinis preparata habeat Remedia, adducit in medium.*



DE TSI CREATVRA

tota, ob lapsum hominis <sup>Post lapsum tota rerum natura depravatur.</sup> primi, depravata fuit miserimè; atq; ita, ut infensibilis spinæ atq; infelix lolium, hoc est,

C

5

omnis



omnis generis venena, infectiones, corruptiones, depravationes, impuritates, & id genus alia mala accesserint gravissima: præsertim vero nobilissimæ illius creaturæ, hominis, sci-

*Sic mens  
obscuratur  
humana.*

licet, Ratio, cuius mens ante DEI, & eiusdem conditorum operum omnium, notitia perfecta; memoria, spe, intellectus, fide, & voluntas, charitate, illuminata & ornata fuit, plus quàm cimmeriis obducta sit tene-

*Tamen  
pristina sci-  
entia rema-  
nent ignicu-  
li*

*Quibus so-  
ro vocat  
rerum obli-  
vione.*

bris: amplissimæ tamen nihilominus illius scientiæ pristinæ, quasi sopita remanserunt semina, quibus se, suæque posteritatis memoriam, divina favente gratia, à DEI creaturæque eiusdem, perpetua posset vindicare oblivione. Quapropter, Deus opt.

*Ob immen-  
sam Dei er-  
ga humani  
genus mise-  
ricordiam,*

Ter Max. cuius miserationes, ut Regius Propheta, Psalm. 119. loquitur, multæ sunt: qui benignus est universis, ut idem Psalm. 145. inquit: & misericordia sua utitur erga omnia opera sua: qui mitis & misericors est: tardus ad iram, & ad ignoscendum

pro-

propensus : qui adest omnibus , qui  
 invocant eum , dummodò invocent  
 eum ex fide , non solum in Filio suo &  
 Spiritu sancto , perq; verbum , figuras ,  
 legis opera , Evangelium , atq; illustris- *Quibus mo-*  
 sima miracula , se misero humano ge- *do se Deus*  
 neri voluit patefacere : verum etiam , *patefecerit,*  
 & coeli , & terræ creaturas ob oculos  
 omnes , eidem collocare summæ fuit  
 voluptati ; quò non tantum essentiali  
 eius effigie cognita , æternam & spi-  
 ritualem illam consequeretur salu-  
 tem : verum etiam ipsius mundi dex-  
 trè perceptis operibus , naturæ arca-  
 na intelligeret , corporisq; commo-  
 ditates , hoc est , sanitatem robustam  
 possideret atq; stabilem : ut hacce ra- *Ex natura*  
 tione , divina illa MAIESTAS , pate- *scientia et-*  
 fatione , verbo , atq; visibilibus etiam *iam Deus*  
 creaturæ operibus , ut Aët. 17. legitur , *cognoscitur.*  
 cognita , hic & illic , æternis decanta-  
 retur laudibus.

Quæ res ut successum , atq; simul  
 exitum sortiretur felicissimum , uti  
 aliarum præstantissimarum , sic nobi-  
 lissimæ

lissimæ illius artis Alchemisticæ,  
 (cuius beneficio, non tantum res natu-  
 rationalis quælibet, in sua resolvitur  
 Principia, ut in naturalium rerum ea-  
 rundem cognitionem perducamur e-  
 videntem: verum etiam opera eius-  
 dem, ut tuta, jucunda & efficacia præ-  
 parentur Remedia, cum venenata,  
 impura & ingrata illa, à divinâ Rebus  
 naturalibus inserta irâ qualitas, tum  
 ab Elementis contracta impuritas  
 tollitur) pro sua in hominem *Philoso-*  
*phicâ* excitavit Deus artifices, atq;  
 eosdem amplissimis sui Spiritus exor-  
 navit dotibus, ut quæ per lapsum irâ  
 Dei fuerant tradita oblivioni, eadem  
 per gratiam eiusdem, crueret in lu-  
 cem homo.

Cuius nobilissimæ artis Alchemi-  
 sticæ non tantum originem & pro-  
 gressionem, adhuc oppressionem, ob-  
 scurationem & restaurationem, item  
 quæ dignitatem, utilitatem atq; eius-  
 dem necessitatem: verum etiam  
 dictæ jam venenatæ labis, atq; pesti-

1.  
*Rerum na-*  
*turalium so-*  
*lida cogni-*  
*tio.*

2.  
*Remedio-*  
*rum, tutoru,*  
*incurandorum*  
*& efficaciu*  
*preparatio.*

*Propositio*  
*totius Tra-*  
*ctatus.*

ma illius impuritatis, qua etiam remedia, cum Purgantia, tumq; Alterantia infecta esse novimus, fontem atq; scaturiginem ipsam videre paucis, nobis jam est propositum. Vbi uti naturalia omnia, sic quoq; dicta jam Remedia, cum Purgantia, tum Alterantia, non carere labe atq; impuritatis pernicie, sacris & profanis, & quidem solidis, innotescet argumentis.

Quam telam propositam texens, à capite rem accersam, Primum generis humani parentem Adamum, *Adamus Alchemia habuit scientiam.* post lapsum statim artem, quam antè dixi, Alchemisticam, cum cæteris Philosophiæ partibus suos docuisse, quibusdam magni nominis viris nullum suboritur dubium, ut ex Vincentio Bellovacensi refert Ioh. Fr. Mirandula, lib. 3. de auro, cap. 1. ubi scribit, Quod Adamus per artem confecerit Aurum & argentum.

Cæterum docuisse Adamum suam sobolem Artes, scribit D. Philippus *Adamus docuit artes suam sobolem.* Melanch.

*Philipp. Melanchthoni  
testimonium.*

Melanchthon in Præfat. enim Phys.  
sic loquitur: Arbitror & primū in ge-  
neris humani parentem Adamum,  
sedentem in cespite, inter fragran-  
tes frutices, in umbra patulæ arboris,  
Habelo suo hanc exiguam doctri-  
nam initio tradidisse, & monstrasse  
ordinem & positum Cœli, Stellarum,  
Aëris, Aquæ & Terræ, & discrimina  
naturæ Ætheris seu coelestis & cor-  
porum mutabilium non mixtorum,  
quæ nos elementa vocamus.

Docuisse etiam, quæ sint anni &  
mensium spacia, & metæ, & monstrasse,  
hæc corpora non casu ita confluisse,  
sed à Deo condita & ordine colloca-  
ta esse, & quidem velle eam agnoscere,  
suam in huius Machinæ, & nostri ge-  
neris conservatione præsentiam. De-  
inde ostendisse discrimina Elemen-  
torum & qualitatum, & sapientiam  
Dei laudasse, qui ut varietatem penè  
infinitam effectuum in Elementis  
& mixtis includeret certis metis,  
sparsit in materiam inferiorem qua-  
tuor

tuor qualitates primas, quæ prope-  
 modum omnes in hac materia ef-  
 fectiones gubernant. Deinde iussisse  
 observari, quæ in quibus corporibus  
 excellant, quomodo harum harmo-  
 nia & consensus in nostris corpori-  
 bus tendendus sit. Postea iussisse, ut ho-  
 minis naturam consideraret, cuius  
 miranda est varietas. In eodem cor-  
 pore, dissimilima membra, & mate-  
 ria & usu fabricata sunt organa, præ-  
 cipua nutritionis, sensus, cor sedes  
 affectuum, cerebrum & tota pars ra-  
 tiocinatrix, & regina voluntas, quæ  
 sua quadam libertate eligit, aut rei-  
 cit, ea quæ sensus ostendunt, & frena-  
 re aliquo modo externorum mem-  
 brorum motus potest. De harum par-  
 tium viribus & officiis, & de discipli-  
 na, cum disputaret, doctrinam non  
 angustam, nec dissimilem his nostris  
 pagellis tradidisse eum, etiam Pro-  
 phetica monumenta ostendunt. Huc  
 usq; Melanchthonis verba. Ex qui-  
 bus videre licet, quod artium omni-  
 um,

um, quasi quandam imaginem vivam, suis proposuerit Adamus.

Quid ni? Insigni illi Philosopho existimemus quippiam ignotum, aut occultum, qui ante lapsum, Dei essentiae cognitionem habuit perfectissimam, naturæq; viscera inspexit penitus? quomodo enim nesciret illum, cuius similitudinem gereret omnimodò? quomodo ignoraret hanc, cui antè, ex essentia ipsa, legitima imposuerat nomina.

*Adamus  
Magia naturalis  
peritissimus.*

Qui Protoplastus, ob perfectissimam illam, cum coelestium, tum naturalium rerum cognitionem, admirandas Cabalæ & Magiæ illius naturalis, cuius non exigua pars est ipsa

*Ex illius  
schola infanti  
bus exierunt  
Artifices.*

Alchemia, species, ut præstantissimus ille Theologus, Iohannes Mathesius quodam in loco loquitur, ad posteritatis transmisit memoriam. Quo etiam evenit, ut ex primi huius Magi schola, tanquam ex equo Troiano innumeri subitò exierint artifices.

*Vil. Iubal.*

Hinc Iubal, qui verus ille fuit Pytha

thagoras, adeò excoluit Musicam, ut ex hac inter alios reportarit triumphum. Hinc Theoreticam suam scientiam ad praxin transfert Dædalus ille, & multarum Inventor artium Tubalcainus, Metallurgiæ, quæ pars *Tubalcainus.* est Alchemiæ princeps, peritissimus; qui Metallorum, ut scribit antè dictus *Metallorum investigator & laborator.* D. Mathesius, quoq; Mineras non tantum scrutatus est, verum etiã eadem Metalla coxit, fudit, purumq; ab impuro separatvit, atq; in usû traduxit humanum: idq; tanto cum studio, ut dum naturæ ita rimaretur arcana, abditasq; rerum investigaret causas, nobilissima eruditionis suæ reportarit insignia: atq; eiusmodi, quæ nulla vetustatis possit obruere memoria. Cum Spiritus sanctus illius in Bibliis, mentionem faciat honorificam, referens, quod Malleator & Magister fuerit, in cuncta opera æris & ferri.

Verè hic, de quo fabulati sunt veteres, fuit ille Vulcanus, vel potius Lynceus, quem scribunt solitum vi-

D                      dere



*Fuit ille  
Lyncæus,  
qui terræ  
viscera in-  
terspectis.*

dere perspicacissime, cum illa etiam,  
quæ sub terra essent, Metallorum ni-  
mirum mineras Auri, Argenti, Ferri  
&c. perspiceret: Et cum lucernam  
sub terra reliquisset, atq; simul effer-  
ret Metalla, creditus est, quæ forent  
sub terra, videre, ut refert Natalis  
Comes, lib. 8. cap. 9. Myth.

*Aurum  
argentum  
difficilius ef-  
fodi, quam  
Metallare-  
liqua.*

Certe ut aurum, argentum (quæ  
maiori cum difficultate atque labore  
efficiuntur, quam metalla reliqua, ut  
magnitudinis cupiditatis, laboris op-  
ponatur magnitudo, teste Const. Imp.  
in Orat. ad sanctorum cæsum cap. 8.)  
æs, ferrum, frustra divina genuisset  
natura, ut refert largissimum, atq; fec-  
undissimum illud eloquentiæ flu-  
men, Cicero, lib. 1. de Divinat. nisi  
eadem docuisset, quemadmodum ad  
eorum venas perveniretur, nec fru-  
ges terræ, baccæve arborum, cum  
utilitate ulla generi humano dedis-  
set, nisi eadem cultus & conditiones  
tradidisset. Materia deinde quid iu-  
varet, nisi confectionis eius fabricam  
habe-

*Cum quali-  
bet re nulli,  
preparandi  
rationem  
largitus esset  
Deus,*

haberemus? sic cum omni utilitate, quam Diī hominibus dederunt, ars aliqua coniuncta est, per quam illa utilitas percipi possit. Hactenus Cicero.

Artem igitur, non tantum metal- *Ergo dicitur Alchemia que elaborat Metalla quoque.*  
la investigandi, verum etiam eadem  
segregandi, purificandi, atq; in usum  
conferendi, Tubalcaino divina pro-  
videntia largita fuit facultatem.

Certe metalla elaborandi scienti- *Scientia q- laborandorum metal-  
lorum, est*  
am, maximam esse Alchemie par-  
tem, quis est, qui ignoret?

Est autem Alchemia, quæ quoq; *maxima pars Alche-  
mia.*  
alias Chymia, & aliis Spagyria, fusio-  
na, sublimandi, destillatoria, & ars *Alchemia  
nomina.*  
chemica dicitur quibusdam; ars per-  
ficiendi magisteria, & essentias puras *Alchemia  
quid.*  
è mistis, separato corpore, extra-  
hendi.

Dicitur etiam ars segregationis  
puri ab impuro, per succi formam &  
fusionis modum, seu solutionis, ob  
partis excellentiam, unde & nomen  
arti natum iudicatur, ut scribit Inter

alios, clarissimus ille Libavius, lib. 1.  
de Alch. cap. 1. Cum artifices primi,  
magna industria imitati naturam, in  
succis, mineralibus extrahendis è ve-  
na, & depurandis elaborarint, quo  
pacto ipsa natura, pura puta metalla,  
& succos, è mineris profundit, ut et-  
iam inde è venis suis extantes, con-  
spiciantur:

*Alchemia  
versatur et-  
iam circa  
Animalia  
& Vegeta-  
bilia elabo-  
randa.*

Et si in Mineralibus non tantum,  
verùm etiam Animalibus atq; vege-  
tabilibus, ad usus humanos adiuvan-  
dos, & salutem defendendam, suam  
Alchemia navat operam, Divisiones  
Alchemiæ, ut adducantur, atq; ex-  
plicantur eiusdem proprietates, hu-  
ius loci non est.

*Setheæ pæste-  
ricæ Magiæ  
naturalis in-  
vestiganda  
dedita.*

Cuius dictæ, naturalis atq; simul  
occultæ, scientiæ studiosè indagan-  
dæ, ut revertar ad propositum, ope-  
ram dedit insignem, pietati & paci  
dedita Setheæ illa posteritas gnavi-  
ter: quarum rerum naturalium, &  
præsertim etiam cœlestium corpo-  
rum observationes, hominum ne a-  
mitte-

mitterent memoriam; (cum ex avi  
prædictione, futurum rerum omnium  
cognovissent interitum) duabus, quas  
fabricabatur, columnis, quarum una  
ex lateribus, ex lapidibus constructa  
fuit altera, ut si lateritia destrueretur,  
scripturam integram præberet legen-  
tibus lapidea, insculpsisse, l. i. Antiqu.  
cap. 4. Flav. Ioseph. refert.

Cuius dein post diluvium admi-  
randam scientiæ maiestatem, Avo-  
rum monumentis adiuta, paternisque  
instituta præceptis, Noë soboles, ex  
sententia clarissimi antè allègati  
Theologi Mathesii, in oriente Sem,  
Cham in Ægypto & Africa, & Iaphet  
in Græcia, ad sempiternam hominum  
propagarunt memoriam.

Verùm in Oriente & Ægypto  
Cham, & Iaphet posterì, cum co-  
gnovissent DEVM, non tamen sicut  
Deum glorificarunt, & gratias ege-  
runt, atque gloriam incorruptibilis  
DEI, in similitudinem imaginis, cor-  
ruptibilis hominis, & volucrum &  
qua-

Sic Noë so-  
boles.

Sem in O-  
rientè, Chā

in Ægy-

ptō & A-  
frica.

Cham & I-  
aphet poste-

ri, in Ori-

entè & Æ-

gypto, Deū

relinquenti-

bus, tene-  
bris natura-

in Magia id  
obducitur.

quadrupedum, & serpentum vertunt, voracitatemq; eiusdem commutaverunt in mendacium, & coluerunt fervientemq; Creaturæ potius, quam Creatori, qui est benedictus in secula, dicentes: se esse sapientes, in suis evanescunt cogitationibus, & insipiens illorum cor, est obscuratum, atq; iustissimus ille D E V S, desideria cordis eorum, in immunditiam, in passionem ignominia, reprobrumq; sensum tradidit, ut ea, quæ non convenirent, peragerent, ut Rom. 1. loquitur Apostolus.

Id enim semper studet ille cacerationem, ut ex sede Christi surpissima efficiat prostibula. Quapropter hocce quoq; illustrissimum huius scientiarum, densissimis in locis illis, obduci tenebris, iustissimus ille concepit D E V S, Quod idem quoq; extinctum fuisset penitus, nisi familia Sem, doctrinæ, de promisso semine, beneficio, servasset incolume. Quibusstantis in tenebris, nationi Egyptiæ.

*Sem familia  
distaurat.*

pia, ad quam Dei iussu, Patrum insti- *Abrahamus in A-*  
tutione eruditus, appellebat Abra- *gypto, Ma-*  
hamus, clarissimum dictæ scientiæ *gia natura-*  
prætulit lumē: dum illam ipsam, om- *ni accendit*  
nis generis impietatis labe confpur- *lumen*  
catam, depravatam atq; corruptam,  
limpidissimo Israël source abluit, pu-  
ramq; propinat atq; immaculatam.

Quem insigni pietate atque do- *Abrahamus insigni*  
ctrina excellenti fuisse virum, testa- *pietate, &*  
tur etiam Iosephus, lib. 1. Antiq. Iud. *doctrina sua*  
cap. 15. Abrahamus, inquit, Pa- *ra prædicens*  
triarcha, virtute sapientiæ cæteris  
præstantior habitus, constituit vulgò  
receptam, de Deo persuasionem  
convellere & commutare. Ergo pri-  
mus ausus fuit affirmare, unum esse  
Deum, universorum opificem, de  
cætero, si quid ad felicitatem conse-  
rat, id non nostris nobis viribus, sed  
illius voluntate contingere. Hoc ve-  
rò colligebat, ex terræ & maris af-  
fectionibus, tum eorum, quæ circa  
Solem & Lunam, ac omnia, quæ circa  
colum contingerent: esse nimirum

D 4 poten-

potentiam quandam, quæ his adsit & provideat, singulari ordinis observatione. Hac autem cum destituerentur homines, palam esse, quæcunque ad nostram vtilitatem attinent, non pro nostra ipsorum facultate, sed pro DEI iubentis imperio & potestate suppeditari. Quapropter huic uni honorem deberi, huic gratias agi oportere. Itaq; cum Chaldæi & Mesopotamii cæteri, contra ipsum moverentur, consilium migrandi cepit, & voluntate auxilioq; DEI fretus, Chanaanem tenuit, ubi sedibus positus, Deo struxit aram, & mactavit hostias. Meminit illius Berosus, nec tamen eum nominans: post diluvium, inquit, decima ætate, apud Chaldæos fuit quidam iustitiæ cultor, vir magnus & coelestium rerum peritus. Hæc Iosephus. Præstantissima, quam iam dixi, Abrahami eruditione adiutus Hermes, seu Mercurius ille Ægyptius extitit, cuius memoria celebris est, quem ante Pharaonem floruisse

*Berosus il-  
lus memi-  
nit.*

*Abrahami  
institutione,  
dottus era-  
st.*

*Hermes seu  
Mercurius  
floruit an-*

uisse, Suidas refert. In hoc, quæ plu-  
 rimum excellere, inventa fuerunt  
 tia, propter quæ dictus fuit Trisme-  
 gistus, hoc est, Termaximus. Etenim  
 Rex maximus in Ægypto fuit: Item  
 Philosophus, mira præditus doctrina,  
 referente Fulgoso, lib. 8. cap. 10. Præ-  
 terea, sacerdotali honore, qui maxi-  
 mus erat, insignis, More et instituto,  
 quod observabatur in Ægypto, Sicut  
 et in India Magi, vel regnum admini-  
 strabant ipsi, vel regibus erant à consi-  
 lio, quemadmodum de Daniele, Iose-  
 pho, Mose, et aliis, ex sacris literis, He-  
 rodoto, Xenophonte & aliis hoc est  
 perspicuum.

Myfteriorum, inquam, divinorum,  
 habitus fuit peritissimus, ob quorum  
 cognitionem, illum Trismegistum  
 dictum esse, ab Ægyptiis, arbitratur  
 Suidas, eò quod de Trinitate locutus,  
 in Trinitate unam esse Deitatem,  
 hisce assenuerit verbis:

Fuit, inquit, lumen intelligens, &  
 fuit semper mens mentis lucida, &

D 5 nihil

to Phara-  
nem.

In hoc in-  
venta fue-  
runt tria,

ob qua ex-  
cellentia,

dictus sit  
Trimegi-  
stus.

1.  
Fuit Rex

2.  
Sacerdos.

3.  
Philoso-  
phus.

Fuit Ma-  
gus.

Magi olim  
Reges, vel  
Consiliarii  
Imperij.

Myfteriorum  
divinorum

Hermes  
peritissimus.

Hermes  
de Deo sen-  
tentia pia.



nihil aliud fuit huius veritas, & spiritus omnia continens. Extra hunc non est Deus, non Angelus, non essentia ulla alia. Omnium enim Dominus est, & Pater & Deus, & omnia sunt in ipso, & in ipso sunt. Nam sermo eius qui est undique perfectus & foecundus & opifex in foecunda natura, puer & genitabili aqua, foecundam fecit aquam.

His dictis, preces subjicit huiusmodi: obtestor te vocem patris, quam locutus est primam, cum omnem mundum firmavit: obtestor te, per unigenitum sermonem, & patrem omnia continentem, propitius, propitius esto.

*Videtur Mo-  
ses fuisse, p-  
p- Eupole-  
mo Græco.*

Hunc Hermetem, Eupolemus Græcus, Mosem ipsum, à Græcis Musæum appellatum fuisse dicit, à quo Orpheus didicerit permulta, teste Fulgoso, lib. 8. cap. 16.

*Hermetes  
Astronomi  
naturalium  
vires.*

Abstrusorum naturalis scientia, in dicto Hermete sapientiam, relictam ab ipso Smaragdina arguit, quæ ex-  
prim

passarum ante diluvium sententiis,  
 Hieroglyphicarum: est vetustissima,  
 in qua summum illud, & Naturæ & *Hermesio*  
 Alchemiæ mysterium contineri, sa- *magi-*  
 gis Arcanorum Naturæ perscruta-  
 toris affirmant omnes.

Ab hoc Hermese res quædam ad- *Avis Her-*  
 huc nonica artis retinent, ut vas Her- *metica.*  
 metis, seu Pelicanus, Avis Hermetis,  
 sigillum Hermeticum &c.

Ab hoc ipso etiam ars Hermetis *Gebus et*  
 nuncupatur, quam præceptis com- *prehensio*  
 prehendit Gebus Mauritanus. *præceptis.*

Scriptisse etiam eundem Hermē- *Hermes*  
 tem Librum, (quem Pamphilus Me- *scripsit her-*  
 dicus approbat) triginta sex sacras *barum.*  
 horoscoporum herbas (inter quas  
 herba fuit Aquila, si modò herba, &  
 non potius Aquila illa fuerit Chēmi- *Aquila*  
 ca præstantissima) continentem, ex *Chemica.*  
 historiis constat.

Quas omnes nugas meras, atque *Galenus scri-*  
 auctoris ipsius esse signata, similia *bit, Hermē*  
 ophioniceis Conchilacibus, affirmare *in historia*  
 non erubescit, lib. 6. Med. simpl. Gale- *Herbarum*  
 nus in Proœmio. *nugas esse.*  
 Verum

*Galenus in  
Mosem &  
Christum  
impium.*

Verum ut Mosis, imò & ipsissimi  
Dei viventis Filii, CHRISTI, Salva-  
toris & Domini nostri unioi, uti ex  
aliquot in Galeno patet locis, sic Mer-  
curii istius Egyptii, facit mentionem,  
Ethnicus ille Galenus.

*Pamphilus  
Medicus  
observat si-  
deta in col-  
ligendis her-  
bis.*

*A Galeno  
reprehendi-  
tur.*

*Galenum  
ob hoc re-  
prehendit  
Matthiolas;  
Matthiolas  
probat esse  
observanda  
sidera, in  
colligendis  
herbis.*

Qui iam dictus Medicus Pamphi-  
lus, cum in colligendis herbis, quæ-  
dam decreta tempora, nonnullosq;  
errantium siderum aspectus observa-  
rit, relatum illud est à Galeno, L. C.  
ad ineptias, incantationesq;. Quare  
reprehenditur merito. Galenus à  
Matthiolo, Com. in lib. 1. Diosc. ubi  
hæc verba habentur: Cæterum de-  
metiendi, inquit, tempus, reconden-  
di locus, perdurandi terminus, non  
modò in radicibus observandus, sed  
& in cæteris, tum stirpium, tum et-  
iam animalium partibus, ut in hirci  
sangvine, lupi iecinore, intestino, ac  
etiam stercore, vulpis pulmone, apri  
vesica, angvium senecta, aliisq; consi-  
milibus. Assumantur igitur hæc o-  
mnia eo demum anni tempore, quo  
magis

magis suis vicibus sunt prædita, nullo plane modo neglecta temporum ratione, quibus singula decerpi postulant.

Neque enim damnandi sunt, qui in quibusdam plantis colligendis, quædam decreta tempora, nonnullosque errantium siderum aspectus observant: quippe quod apud graves auctores scriptum invenerint, pœoniae radices, contra comitiales non esse evellendas, nisi decrescente Luna. Quæ quidem opinio non prorsus reprobanda videtur, nec ad ineptias incantationum, aliarumque vanitatum, quas stultè (ut Galenus inquit) prodidit Pamphilus, comparanda. Nam cum inferiora terrestria, à superioribus celestibus gubernentur & regantur, fieri maximè potest, ut luna, ut quæ cæteris errantibus sideribus & nobis est magis proxima, motuque velocissima, maximam cum plantis omnibus, ac rebus quibusvis aliis, habeat rationem, tum cum augetur, tum

*Elementa  
inferiora  
gubernantur  
à superioribus.  
Galenus  
astipulatur.*

tum etiam tūc minuitur, singulis  
 mensibus. Quamobrem non reme-  
 re à Galeno proditum est, alysum  
 herbam, tantum Sirio ardente, ad  
 eam rabiosorum morbus esse eve-  
 lendam, sicuti etiam fluvidiles can-  
 cros, ad idem peritiones. Quod et-  
 iam tempore captamus Scorpiones,  
 atque anehusa radice constat sangvi-  
 neo succo madente. Quemadmo-  
 dum & stirpes, quibus faculas exa-  
 lesfaciens fuit, perpetuo in locis cali-  
 dis ac siccis demerere convenit.

*Hippocra-  
 tis iudicium.*

Quocirca Hippocrates ad Cratevam  
 scribens: Annittere, inquit, quantum  
 potes, ut nobis montanas maxime,  
 & in altis montibus nascentes her-  
 bas, à radicibus reseces: quod quon-  
 dam hæc firmiores atq; acrioris sunt  
 iis, quæ aquosioribus nascuntur locis:  
 Idq; quod in montibus terra sit den-  
 sor, & aer tenuior; nam quod attrahit,  
 frigidius est. Quin etiam dabis ope-  
 ram, ut flores ex his herbis etiam de-  
 cerpas, quæ circa stagnantes aquas,  
 palu-

paludes, fluvios & fontes prodeunt, quas sanè debiles & exolutas & dulcis succi esse scio. Hæc Hippocrates. Matthioli hæcenus fuit sententia.

Si igitur à superioribus gubernantur inferiora, in materia colligenda medica, cur observemus sidera, causa existit gravissima. Atqui elementa inferiora, imperio siderum esse subiecta omnia, autores loquuntur gravissimi, quotidiana testatur experientia.

*inferiora  
gubernantur à Superioribus.*

Aristoteles hoc lib. 1. Meteor. cap. 2. approbat sequentibus: Qui itaque circuli cælestis est, inquit, totus mundus, ex his constat corporibus, de quor. accidentibus passionibus dicimus esse simplicem. Est autem ex necessitate continuis quodammodo iste superioribus relationibus, ut omnis ipsius virtus inde gubernetur. Vnde enim motus principium omnibus inest, illam causam putandum primam.

*Aristoteles testimonio.*

Quam sententiam, cum pluribus tractet excellentissimus ille Fernel.

libro

libro de caus. Rer. abd. & alii, non opus est, multa huc ut adducantur.

*Experientia.*

Dictis astipulatur experientia: Etenim ni superiora conspirent cum inferioribus, sterilitates & defectus sequi, necesse est.

Quapropter si ille Pamphilus, ex Hermetis mente, Superiorum & Inferiorum gratam considerarit concordiam, inque colligendis plantis, quod certa observaverit sidera, in leges non peccavit physicas.

*Hermetici.*

Etenim, verum esse, sine mendacio, certum ac verissimum, quod est inferius, esse sicuti id, quod est superius; & quod est superius, esse sicuti id, quod est inferius, ad perpetranda unius rei miracula, Hermetem olim dixisse, ex historiis constat.

*Moses, arcanorum naturalium peritissimus*

Cuius secretioris Philosophiæ naturalis, ut ad propositum revertar, inclytum illum Iudæorum Ducem, Mosem, reperimus quoque peritissimum, qui non tantum omni Ægyptiorum sapientia, ut Act. 7. legitur, à primis

primis annis, Regis Pharaonis filiae  
 instinctu, atque soceri sacerdotis in-  
 stitutione edoctus atq; institutus fuit, *Ex natura-  
 lium rerum  
 cognitione.*  
 (unde verbis & operibus extitit po-  
 tentissimus; pervenit enim illâ cog-  
 nitione ad contemplationem τῶ ὁ-  
 τοῦ, cū invisibilia DEI, ut Paulus  
 Rom. 1. loquitur, intelligantur per  
 visibilia; & coeli, ut sanctus vates  
 Psal. 29. canit, enarrent iustitiam  
 ejus, & opera manuum ejus annun-  
 ciet Firmamentum, ut ex Basilio  
 Magno refert Ludovicus Vives, lib.  
 1. de Trad. Discipl.) Verū etiam ad  
 ipsius Dei fuit admissus concilium.  
 Quo factum, ut nulli hominum, tam  
 familiare, quā huic contigerit Nu-  
 minis beneficium, cum quo D E V S  
 ipse, facie ad faciem, sicuti solet ad a-  
 micum loqui amicus, sermonem ha-  
 buit.

Cui Cabala, omnium vetustissi-  
 ma, & verax, à Ter Max. Deo com-  
 municata est. Etenim in monte Si-  
 nai, uti refertur à Coelio, lib. 10. cap. 1.

*Mosi à Deo  
 ipso re vela-  
 ta fuit Ca-  
 bala.*

E

antiq.



*Spirituali  
lex & Li-  
terali.*

antiq. duplicem ei insinuavit legem  
DEVS, literalem unam, spiritualem  
alteram: priorem ex DEI mandato  
conscripsit, eamq; impertivit popu-  
lo: Alteram verò minimè.

*Cabala no-  
men inde.*

*Cabala cui  
& quibus  
revelata.*

Quam duplicem legis factam tra-  
ditionem, propheticum illud inpri-  
mis testatur Esdræ lib. 4. cap. 14.  
apud quem de Mose Dominus in  
hunc loquitur modum: Enarravi ei  
mirabilia, & ostendi temporum se-  
creta & finem; præcepi ei, alia ut pa-  
lâm faceret, alia apud se haberet in  
arcanis. A quibus postea cœteris,  
ad idem destinatis, voce tantùm est  
tradita. Vnde & Cabalæ nomen ex-  
ortum est, quod gentis illius voca-  
bulū, Receptionem significat: Quòd  
per successionum gradus, citra lite-  
rarum omninò monumenta ulla, ser-  
varetur incolumis. Quæ tamen &  
ipsa doctrinæ Cabalisticæ mysteria,  
temporibus sequentibus compre-  
hensa literis, liberis, & non opinione  
quadam præoccupata contaminatis,  
sunt proposita ingeniis. Post-

Postquam enim Iudæi à captivitate Babylonica, per Cyrum vindicati sunt, instaurato sub Zorobabele templo, ad legem quoq; restituendam, applicarunt animum. Cui negotio *Esdrae Legi restitutum* Esdras, singulari eruditione & *gi restitutum de suis præfectus.* pietate sacerdos, præfectus est: qui permissu Xerxis, Hierosolymam reversus, non solum populi habuit curam, ut in lege erudiretur à mane usque ad meridiem, & in festo Scenopægiæ, per singulos dies quater prælegendo (id quod lib. 2. Esd. cap. 8. constat) sed etiam posteritatis rationem habens, sacra divinæ legis volumina expolivit, in eumque ordinem digessit, quo tandè autore Philadelpho Rege, à 70. interpretibus in Græcam linguam sunt translata. *Rex Philadelphus in Græcam linguam Biblia transferri curat.*

Sed cum Esdras videret, Iudæos exilio fugaque assidua fluctuare, & cædibus affligi, veritus quoque secretiorem divinæ legis interpretationem interituram, cuius arcana saltem in memoria seniorum erant re-

*Esdras legem  
gentis complens  
litteris.*

*Cabala  
quid contineat.*

*Moses Al-  
chemia po-  
nitur.*

condita: Idcirco, septuaginta viros, sapientiâ & legis cruditione, de gente Israëlitica præstantiores, convocavit, ut unusquisque, quid de legis mysteriis memoriâ teneret, palàm referret: quæ adhibitis notariis, fidelicalamo excepta, Esdras in 70. volumina digessit, quam Cabalam dixerunt: quæ ineffabilem de Divinitate & Angelicis intelligentiis sapientiam, & de rebus naturalibus exactam traditionem continebant, ut allegat in Erot. lingvæ S. D. Michaël Neander, sub Titulo, de Iud. Cabala p. 514. in 8. Quam admirandam, non tantum divinæ, verum etiam naturalis Magiæ, quæ vera est illa antiquis insigniter celebrata Cabala, scientiam, præter alia multa, in Mose, hoc clarè arguit, quòd illum ex auro confectum, atq; idololatriæ destinatum vitulum, ignis beneficio redegerit in pulverem, quem proiectum in aquam idololatriæ dedit absorbendum. Quem auri pulverem, singulari artificio præ-

pa-

parasse Moſem, ſacrarum literarum Antiftites referunt conſenſu unanimi omnes. Quod ipſum tamen, non ſine adhibita operatione Chémica perfeciſſe, ſat conſtat apud Artifices.

Qua admiranda eâdem rerum cognitione., Patriarchæ Iacobi filium Iosephum, deſtitutum credamus minime, qui non tantum ſomniorum ſolvendorum habuit poteſtatem: verum etiam arcana invenit quam plurima, ob quorum inventionem, ut Iosephus lib. 2. cap. 5. Antiq. Iud. refert, Saphnatopaneæ, id eſt, reſtoris occultorum, nomen illi indidit Rex Pharaó.

Neque Iudæorum Rex ille potentiſſimus Salomon ſicco. hîc nobis prætereundus eſt pede, qui Arabes & Ægyptios omnes ſuperavit ſapientia, ipſos quin etiam Hebræorum ſapientes, tunc celebres, Ethanem, Ezaritam, Hemanem, Calchonem & Dardam, Machôlis filios. Millia

*Iosephus,  
Iacobi Pa-  
triarcha fi-  
lius.*

*Iosephus  
arcanorum  
naturalium  
peritiſſimus*

*Salomon,  
Arcano-  
rum natura-  
lium peritiſ-  
ſimus.*

*Salomonis  
ſapientia.*

*Salomonis  
scripta.*

tria sententiarum protulit: Carmina  
quinque supra mille condidit: Disse-  
ruit de omni natura, à Cedro quæ  
est in Libano, usq; ad Hyssopum, quæ  
egreditur de pariete; de volucris,  
de serpentibus, piscibus, quadrupe-  
dibus, ut scribitur 3. Reg. 4 Et Flav.  
Ioseph. lib. 8. Antiq. Iudaic. c. 2. Illius  
fama impulsæ Æthiopum Regina Ni-  
caula, ut habetur 3. Reg. 10. Hieroso-  
lymam venit, audivitque Regem no-  
bilis hospes, & quem absens mirata  
fuerat, præsens venerata est, donavit-  
que amplis muneribus: sed ipsa mul-  
tò amplioribus aucta, veritatē scilicet  
adeptā: quam cum omnium genti-  
um miserabilis sapientia ignorabat,  
teste Sab. lib. 1. cap. 5.

*Salomonis  
certamina,  
de sapientia  
nota.*

Eidem à D E O concessum fuit, ut  
artem contra Dæmones edisceret, ad  
hominum salutem; curationes item  
institueret, quibus ægritudines pos-  
sent mitigari.

Quam edoctus artem Eleazarus,  
spectante Vespasiano, eos curabat,  
qui

à Dæmonibus vexabantur, ut refert *Salomonis*  
 Flv. Ioseph. lib. 8. antiq. Iud. cap. 2. *ars, ad abi-*  
*gendos Da-*

Cum Rege Tyriorum, scribit The- *mones.*  
 od. Zuing. Th. Hum. vit. vol. 3. lib. 1.  
 propositis ac ultrò citroque ex media  
 rerum natura depromptis quæstioni-  
 bus, certare solitum, & victorem,  
 præter sapientiæ laudem, munera  
 quoque amplissima à victo accepisse.  
 Nimirum verè aurea fuere illa secu-  
 la, ingeniorum potius, quàm armo-  
 rum inter reges certamine vigente.

Sed nihil æquè Salomonis attesta- *Salomon &*  
 tur sapientiæ, quàm quod æternæ sa- *Christo præ-*  
 pientiæ Dei, Christi Opt. Max. præ- *dicatur sa-*  
 conio, Regum sapientissimus & cla- *pientissimus*  
 rissimus fuisse traditur. Et hic ta- *Salomon*  
 men, tam sapiens, tam pius, puden- *dementatur*  
 dâ idololatriâ à pellicibus demen- *à pellicibus.*  
 tatus, dum rationem libidini postpo-  
 nit, & favore Numinis, & hominum  
 penè commendatione excidit: ut vel  
 eius exemplo constare possit, sapien-  
 tiam absque pietate, veram esse stul-  
 titiam. Hæc Zuingerus. Sapientissi-

E 4 mum

*Salomon de  
Alchemia  
scripsit.*

*Obiectio?  
Num dicta  
veritati co-  
sentanea.*

*Resp.  
Multa peri-  
ore ob pec-  
cata homi-  
num.*

*Sic Salomo-  
nis Libri.*

*Salomonis  
libri, omni-  
um aliorum  
Libros su-  
perarent.*

mum hunc Regem, de Alchemia etiam scripsisse, maximæ autoritatis, & eruditionis affirmare non addubitant viri. Fides autores appellet, hic dicas: Euge bone! Numquid occultum in arte existimas illi, cui in natura manifestum fuit omne? nonne ob peccata hominum, ut aliorum multorum excellentissimorum virorum scripta: sic etiam Salomonis, variis illis bellorum tumultibus, rapinis & incendiis periisse existimas libros, quos si haberemus, Regum nullus suis posset redimere opibus: ac tum Hippocratis, Dioscoridis, Galeni, Avicennæ, & omnium clarissimorum vetustissimorumque tam Græcorum, quam Arabum medicorum libri, qui vix Salomonis librorum ubi æstimaretur dignitas referrent umbram, in nullo essent pretio, ut scribit ille clarissimus Theodorus Tabern. in Præf. sui Herbarii.

Nonne ob Iudæorum Idololatri-  
am,

am, & populi gravissima scelera, factum est, ut destructa Synagoga, libri sacri interciderent? Nonne Sedechia regnante, Hierosolyma rursus devastata, templum exustum est, teste Flav. Ioseph. antiq. Iud. lib. 10. c. 10.

Nonne Bibliotheca illa, omnium nobilissima, à Rege Ægyptiaco Ptolemæo Philadelpho, literatissimo illo principe, Musarum doctorumq; hominum patrono & fautore maxime, per Demetrium Phalereum, regium librarium, toto conquisita orbe, ut refert Flav. Ioseph. lib. 12. antiq. Iud. c. 2. atque deinde ad millia ferme voluminum septingenta, à Regibus Ptolemæis aucta, teste A. Gellio, lib. 6. Noct. Att. cap. 17. & Sab. lib. 7. En. 6. ex Plutarch. Cæsar: *Bibliotheca nobilissima igni perit Alexandria.* bello priore Alexandrino, (postquâ C. Iulius Cæsar, quem Alexandria Achilles regius præfectus fuerat adortus armis, tecta circa regiam proxima, iusserat incendi) subito

E s con-



flagravit tota, uti videre licet ex A. Gellio, Sab. L. C. & aliis. Cuius literatissimi iam dicti principis Ptolemæi, qui in comparandis libris, nullis pepercit sumptibus, mentionem etiam facit honorificam Galenus, in lib. 3. Hipp. de Morb. Comm. 2. Taceo calamitates alias, quibus nobilissimas sæpe periisse Bibliothecas scribunt authores; quæ ex vetustis possent erui historiis, nisi temporis iam obstaret angustia.

*Galenus  
meminit  
Regis Phil  
adelphi.*

*Alchemia  
persecutio,  
oppressio.*

Quam certè eandem calamitatem gravissimam, inter cæteras artes, olim sensit etiam Alchemia, Tyrannorum sceleratâ planè audaciâ.

*Diocletianus & Maximianus Alchemia liberos & affectus eiusde extingunt.*

Diocletiani etenim & Maximiani Imp. temporibus, tam publica auri faciendi in Ægypto, quàm agri colendi fuit facultas. Verùm Diocletianus ille Imp. in Ægypto, ut testatur Ioh. Fr. Mirandula, lib. 3. de Auro, cap. 1. ex Suida, veritus, ne arte faciendi auri, qua Ægyptii pollebant, reparatis divitiis, ausus sumerent, rebellandi, omnes

*Ægyptii per Alchemiam fabri aurum & Argentum.*

nes Alchemiæ libros, undique con-  
quisitos, comburi iussit, maximasq;  
virosum illustrium fecit cædes, quòd  
res novas moliti essent.

Verba Suidæ, ut habet interpres, *Suide testi-*  
cùm non in omnium sit autor mani- *monium.*  
bus, digna tamen ad posteritatis quæ *Suide inter-*  
transmittantur memoriam, hoc loco *pres ver-*  
ascribere libuit, quæ in hunc habent *ba.*  
modum:

Diocletianus & Maximianus, hu-  
ius generis Imperatores Romanorum.  
Sub his atrocissima commota est  
contra Christianos persecutio. Iusse- *Tyrannus*  
runt enim in singulis provinciis, & *Dioclesia-*  
urbibus, Christi Ecclesias everti, & *ni.*  
divinas earum scripturas comburi, & *Christianos*  
quicumque Christiani invenirentur, *persequitur*  
eos cogi, ut Dæmonib. immolarent:  
sed multitudine victi eorum, qui oc-  
cidebantur, decretum promulga-  
runt, ut iisdem dextri oculi erueren-  
tur, cùm ob doloris acerbitem,  
tùm propter ignominiam conspicu-  
am & Romanæ civitatis alienatio-  
nem.

*Diocletiani  
& Maxim.  
exitus &  
pena.*

nem. Quos divina ultio infecuta me-  
ritò excidit: nam alter quidem à Se-  
nato jugulatus est, alter se suspendit.  
Hic Diocletianus, homo vecors, &  
Christi osor, irâ & furore percitus  
contra eos, qui in Aegypto res nova  
moliti erant, non moderatè, neque  
*Viri illustres  
occiduntur.* humaniter potestate usus est: Sed  
præsumptionibus & cædibus illustri-  
*Libri de  
Alchemia  
scripti, tra-  
duntur igni.* um virorum polluendo, provinciam  
pervasisit, eodemque tempore VETE-  
RVM scripta, de FUSIONE AURI  
ET ARGENTI conquistata, combus-  
sit, ne ex illa arte ditati Aegyptii, &  
pecuniæ copiis freti, in posterum re-  
bellarent. Ingenio fuit vario & calli-  
do, sed singulari prudentia, & acumi-  
ne, vitia naturæ sæpe cælavit, res om-  
nes asperiores in alios conferendo  
diligens tamen in rebus gerendis  
strenuus, & multa Imperatorii cul-  
tus, contra morem majorum insolenti-  
us mutavit, &c. Hæc Suidæ inter-  
pres.

Ex quibus primò videre licet  
quod

quod ipsius Filii Dei atq; artium præstantissimarum osiores, contemtores & persecutores, etiam extiterint antiquitus, neq; tamen abierint inulti iidem. Deinde constat hinc manifestò, quod Alchemia nova ars non sit; cum hîc Historicus dicat expressè, quod Tyrannus atq; Christi, artiumq; osor ille nefarius, veterum de Alchemia edita combusserit scripta. Quo odio nefario atq; scelerata plane tyrannide, sint persecuti Ecclesiam, & quam inde meritam retulerint pœnam illi tyranni, videre id quoque licet ex historia Eccl. Euseb. lib. 1. de vita Const. cap. 12. Et ibid. lib. 2. cap. 48. 50. & cap. 51. Et oratione Const. ad Sanct. cœtum cap. 25. Et Theod. hist. Eccl. lib. 5. cap. 39.

Verùm nobilissima hæc ars Alchemistica, miris licet modis exagitata, semen nihilominus immortale, & perenni multiplicatione, in ævum reliquit duraturum. Paucis enim per hæc tempora, ad Constantini Im-

per.

per. ætatem, eam productam legimus, ubi Michaël Psellus, lingua græca, de faciendo Auro, elegantem libellum, aliaq; scripsit Chemica, & Medica, quæ Constantino Imp. dedicavit, ut scribit Ioh. Fr. Mirandula, lib. 2. de Auro cap. 2.

*Sic Hostanes, natione Persa.*

Scripsit de eadem Alchemia quoque Hostanes, natione Persa, qui Xerxen in Græciam comitatus est.

*Græci sapientissimi sub involucri Fabularum occuluerunt dogma auri faciendi.*

Vetustissimis Græcorum temporibus, sub involucri Fabularum & Enigmatum nebulis, occuluerunt sapientiæ scriptores faciendi Auri dogma.

*Mala aurea*

Sic Euristhei, mala cupientis aurea, iussum interpretatur Michaël Psellus.

*Vellus aureum.*

Sic Iasonis in Colchos (quos antiquam Ægyptiorum sobolem fuisse, scribit Ammianus lib. 22.) navigatio declaratur apud Suidam, ut non auream Phryxi pellem, sed membranā arietinam, qua Auri faciendi modus, Draconis & Mercurii nomine, describere-

scriberetur, atque in Regis Ætæ domo custodiretur, quæsitum ierint Argonautæ, ut scribit Ioh. Fr. Mirandula lib. 2. de Auro, cap. 2. Et lib. 3. c. 1.

Ad quam perdiscendam in Ægyptum navigarunt Democritus, Pythagoras, Plato & Græci alii.

A quibus Græcis scilicet, ubi translatum fuisset imperium, ut reliquarum artium, sic Alchemiæ quoque, Romani sibi vendicarunt possessionem. Videre hoc inter alia licet, ex monumento vetustissimo, in agro Patavino, iuxta oppidulum Atestæ, opere lateritio, ac proinde fragili invento, perque imprudentiam manus rusticæ, proscindentis ibi terram, corrupto, cuius ne periret memoria, æternis literarum monumentis id sacra commendavit Antiquitas: Inventa est, uti refertur, primum urna fictilis, cum inscriptione huius hexastichi:

*Romani accipiunt à Græcis aurifaciendi dogma. Monumentum in agro Patavino repertum.*

*Urnæ fictilis inventa. Eius inscriptio. Hexastichon.*

Plutoni sacrum manus, ne attingite fures,  
Ignoratum est vobis hoc, quod in urna latet.

*Namq.*

Namq; Elementa gravi clausit digesta labo  
 Vase sub hoc modico, Maximus Olibius.  
 Adsit fecundo custos sibi copia cornu,  
 Ne pretium tanti depereat laticis.

*Altera Urnula.* **Intra hanc deinde urnam erat alte  
 urnula, cum inscriptione horum ve  
 suum :**

*Versus eius* **Abite hinc pessimi fures ;**  
*sive inscri- Vos quid vultis cum vestris oculis emissitij ;*  
*ptio.* **Abite hinc vostro cum Mercurio Petasato co  
 duceatoq; :** (faci

**Maximus Maximo donum Plutoni hoc faci**

**Rursus intra hanc urnulam repe  
 ta est lucerna adhuc ardens, intra du**

*Dua arden- as ampullas , alteram ex Auro , alte  
 tes ampul- ram ex Argento , purissimo quodam  
 la.* **liquore plenas , cuius virtute credi  
 tur, per annos multos lucerna hæc ar  
 disse.**

*Arcanum  
 Chemicum  
 notatur.*

**Hoc autem laticis genere cœle  
 stem illam, vel potius divinam Che  
 mistarum aquam , demonstrari , ma  
 gni referunt auctores, quam Mercu  
 rius Trismegistus & Democritus no  
 verint optimè ; modò divinam aquam  
 modò schyticum laticem appellan**

tes

res; modo pnevma, hoc est, Spiritum,  
 & Etheris natura & essentia rerum

Quinta: Vnde aurum poculentum, *Quinta re-  
 rum essentia*  
 & iactatus ille Philosophorum lapis, *Lapis Phi-  
 losophorum.*  
 & sabulum constet. Hinc & arti, ut  
 addunt, nomen datum, psammurgi-  
 cen, & Mysticen & ammophisiam, &  
 sacram, & maximam vocando; ceu  
 literas quasdam habeat seclusas, & à  
 quibus profanum vulgus arceri con-  
 veniat, ut scribit Contr. Gesn. in  
 Præfat. Evon. part. 1. ex Petri Ap-  
 pianì & Amantii Antiq. Inscriptis. *Ar. secre-  
 ta.*  
 Et Herm. Barb. lib. 5. Coroll. in Di-  
 olcor. cap. 1349. ubi de Aquis agit  
 in genere.

Quam nobilissimam Romanos cal-  
 luisse artem, Ioh. Fr. Mirandula, lib. *Romani  
 Alchemiã  
 intellexerūt*  
 3. de Auro, cap. 1. testatur, ubi ex C. *Testimoni-  
 um Miran-  
 dula.*  
 Plinio secundo, lib. 33. Nat. Hist. c. 4.  
 hæc allegat verba: *C. Plinij 5.*

Cæterum, inquit, nec Latio de-  
 fuerat antè copia conficiendi Auri.  
 Extat enim Plinii testimonium, 33.  
 Natur. Hist. libro, qui docuit, unam



*Aurum ex  
Auripig-  
mento.*

esse auri faciendi rationem, ex Auripigmento, quod in Syria fodebatur pictoribus in summa tellure Auri colore.

*Cass. iussu.*

Iussit, inquit, Caius, excoqui magnum pondus, & plane fecit aurum excellens, sed ita parvi ponderis, ut detrimentum sentiret: Notam rem Plinius prodit, ex solo Auripigmento factumque dicit aurum per artem, cuius rei fortasse potuit esse testis oculus: Vixerat enim superiorum Cæsarum ætate, & non solum usque ad Caii pervenit Imperium, nec ad Claudium tantummodo, qui post Caium regnavit: Sed ad Vespasianum. Militavit enim cum Germanico Cæsare, res ab eo gestas memorie mandavit, Claudium quoque filium eius, qui Caio ex Germanico fratre nepoti successus est in principatu, Messalinamque ei assidentem, dicit se vidisse, cum publicè ederet spectacula. Sub Nerone quoque scripsisse illum, Plinius Junior affirm-

*C. Plinius  
S. quo tem-  
pore vix-  
sit.*

affirmavit, naturalemque historiam  
 Vespasiano inscripsisse, titulus eius  
 indicavit. Quod autem sensit Ca- *Cur Cais*  
 ius detrimentum, fortasse in causa *senserat de-*  
 fuit, minor copia, quàm oportuisset, *trimentum.*  
 & maiör impensa navigandi, con-  
 vehendique Romam Auripigmen-  
 tum; sensisset is forsan emolumen-  
 tum, si tanta ei moles astitisset,  
 quantam in Carmania reperiri scri-  
 psit Onesicritus, sensisset, si Ægyptio-  
 rum cita percalluisset, quæ Diocletia-  
 no, cuius supra meminimus, fuisse  
 formidini. Hæc Mirandula.

Verùm, devastata Græcia atque *Devastata*  
 crebris barbararum gentium incur- *Græcia, &*  
 sionibus diruto Latio, Mauri, Ara- *diruto La-*  
 besque in suam tutelam receperunt *tio ad Mau-*  
 Musas, inter alias quoq; Chemicas, *ros Ara-*  
 quas non tantùm in summo habue- *besque Al-*  
 runt honore, verùm etiam ipsi eas- *chemiaper-*  
 dem scriptis editis publicis com- *venit.*  
 mendarunt posteritati, quorum fama  
 apud homines, quo moriatur, tempus  
 certe erit nullum, ut scribit Ioh. Fr.

F 2 Mi-

Mirandula, lib. 2. de Auro, cap. Quem septem in comparandis libri aureorum nummum millia exposuisse, ex Guidone quodam in loco, refert Zuing. senior.

*Hinc Geberus extitit.*

Hinc Geberi, nescio cuius magni Mahumetis nepotis, opus nobilissimum, quod summæ perfectionis inscribitur, extat, in quo de destillatione varia, seculo suo familiaria, non inventa recens, præcipit illustrata teste Con. Gesn. in Præf. Evon. Part. 1.

*Alchemia Geberi.*

Hinc Avicennæ de Alchemia, ad Assem Philosophum habetur liber, ut ex Codice veritatis est perspicuum.

*Avicenna de Alchemia scripsit.*

*Sic Aros Rex Tunesi & Arabia.*

Hinc Arabiæ & Tunesi Rex Aros, de eadem tractavit, ut scribit Bernh. Comes, lib. 1. de Chymia, Part. 1.

*Hali & Calid Arabiæ Reges. Alchemia tenebris obducitur.*

Sic eandem magni Arabiæ Reges, Hali & Calid, atq; cum his ingens aliorum illustrissimorum virorum multitudo, docuerunt, ut refert antè allegatus Comes, lib. 1. de Chymia, Part. 1.

Quam

Quam iniuriâ temporum, iam iam ad interitum quasi ruentem, Raymon-  
 mondus Balearicus & Arnoldus de villa nova, Narbonensis, qui anno sa-  
 luti millesimo trecentesimo clarue-  
 runt, scriptis crexere publicis, eius-  
 demq; amplificarunt terminos am-  
 plissimè, ut scribit quoq; Ioh. Fr. Mi-  
 randula, lib. 2. de Auro, cap. 2.

*Raymon-  
 dus & Ar-  
 noldus de  
 Villa nova,  
 insulares.*

Qui Arnoldus (si diutius pepercis-  
 sent Fata) patrimoniis amplissimis  
 ditasset Alchemiâ. Hic etenim Lati-  
 nâ, Gracâ, Hebraica & Arabica lin-  
 gua eruditus solidè, atq; Philosophiæ  
 secretioris indagandæ sagacissimus,  
 Medicinæq; veræ peritissimus, cum  
 Conciliatorem, summum illum Phi-  
 losophum ac medicum insignem, ab  
 inquisitoribus fidei audivisset vexari  
 Bononiæ, in Siciliam, ad Regem Fri-  
 dericum spontè abiit, à quo, ob sum-  
 mam, qua præstitit aliis, eruditio-  
 nem, honorificè acceptus atq; tracta-  
 tus fuit liberaliter. Cuius deinde Fri-  
 derici iussu, ad sanandum Pontificem

*Arnoldus  
 de Villa no-  
 va, omni  
 de ceteris  
 genere præ-  
 stantissimus.*

missus, in nave moritur, Ianuæq; se-  
pelitur, ut refert summus ille Zuinge-  
rus senior, Th. Vit. Hum. volum. 3.  
lib. 2. A quibus & aliis, non tantum

*Ad istu-  
m viris sum-  
mis Germa-  
nia etiam  
Alchemiâ  
accepit.*

*Hierony-  
mus Brun-  
svicensis,  
præfatus fa-  
ces.*

nationes externæ aliæ, verum etiam  
Germania nostra, lucem Chemicæ  
studii hausit clarissimam; faces pri-  
mum excellentissimo illo Hierony-  
mo Brunsvicensi, Argentorati, dum  
medicinam faceret, præferente: qui  
lingua germanica, de Chemiâ qua-  
dam literarum monumentis tradidit.

*Quem se-  
quitur  
Theopha-  
stus Para-  
celsus.  
Illustrat &  
propagat  
Alchemiâ  
scriptis.*

Cuius deinde, cum vetustissimo-  
rum, tumque aliorum, (quos ipse in  
longissime distantia loca susceptis  
peregrinationibus, adiit) & scriptis  
& voce adjutus, Philippus Theo-  
phrastus, Helvetius, & Genere &  
Rerum sapientia verè ille nobilis,  
Alchemiam auxit, innumeris dum &  
infinitis penè illam literarum monu-  
mentis commendavit posteritati.

*Alchemia  
iam ubique  
ferè excoli-  
tur.*

Quo iam factum, ut in toto terra-  
rum orbe, aut locus, aut angulus ex-  
istat

istat ferè nullus, ubi non studiosè excolatur Alchemia, aut illius saltem & audiatur atq; simul ametur nomen, ob immensas illas, quæ hinc, tanquam ex fonte quodam limpidissimo, cum in Physicam, tumq; in Medicinam, redundant utilitates quotidianè.

Verùm dices : non pro arte destillatoria, quæ maximum in Medicina habet usum, sed Alchemistica potius, cuius utilitas in illa penè nulla, à te allata sunt omnia? Hermetis etenim præcipuè Arcanum, Tabula Smaragdina consignatum, Geberi Arabis similiter, & quos allegasti, reliquorum, posteritati scripta commendata, circa quid aliud, quàm Metallorum versantur Metamorphosin? Aliorum, & præsertim Rogerii libellus extat, quo definitur scientia, Elixir illud fabricari docens, quod iniectum metallis, ad summum perfectionis deducat gradum.

*Obiectio 1.  
Quod aliter  
ta probent  
tantum Al-  
chemiam,  
non artem  
Destillato-  
riam, cuius  
solum in  
Medicina  
sit usus.*

F 4 Adhæc

Ad hæc pulvis ille, ex vitulo aureo illo, singulari Mosis artificio confectus; atque Diocletiani tempore, immensa illa auri & argenti, Alchemiæ operâ, præparata cōpia, ad Medicinam quid illa? Alchemistica hæc, non destillatoria, quæ duotota via, imò toto cœlo inter se differre, non ignoras. Præterea, si quondam fu-

*Questio.*  
*Cur non hodie ars existat facienda auri.*

*Responsio.*  
*Destillatoria pars est Alchemiæ*

it, cur non hodiè, quæ Aurum & Argentum per artem fabricari doceat, existat Ars, quæras?

Atqui bona verba quæso! nonne sub toto comprehenditur pars, si quid logicorum valent iura. Alchemia totum est, Destillatoria partis sibi vindicat potestatem: nonne hæc inter se commune quoddam habent vinculum, & quasi cognatione quadam continentur? *alterius sic.*

*Altera poscit opem res, & contrahat amicè,*  
ut cum poëta loquar.

Quis etenim ad suam perfectionem reduxerit Metalla, nisi etiam destillatoriæ adduxerit officia? Et quem

que, in quæso, vegetabilium & animalium fugiet in sua principia resolvendorum artificium, Metallorum qui sciverit reductionem? Certe qui id, quod maius est, potest, magis id, quod minus est, efficiet optimè: quod patet ex Hermetis Arcano.

Nec dicere sufficit: Ego & tot alii sumus experti, & falsum esse compertimus: quoniam, per locum à minore ad maius, non valet consequentia, & ad hoc Geber Arabs, summus Philosophus, in sua summa artis Chemicæ, his verbis, contra ignorantes principia, respondet: Qui talia loquuntur, inquit, similes sunt pueris, qui cum è domo nunquam fuerint egressi nihil aliud in mundo esse credunt, præter id, quod per speculum vident ut iidem etiam, cum vel minimum pondus è terra sublevare non valent neminem alium id posse præstare ceterò credant, uti loquitur Carolus Petra Alba, Disp. quint. E Chymiorum propos. 1.

*Imperitios  
Alchemia,  
esse similes  
pueris.*



*Gebrum Al-  
chemia  
quid conti-  
neat.*

Gebrum quod spectat, non agi-  
hic tantum in sua Alchemia, de Me-  
tallorum transmutatione, sed etiam  
de destillatione, calcinatione, reso-  
lutione, & reliquis præcipit opera-  
tionibus Chemicis. Atque idem et-  
iam ex aliis rebus Aquas, Olea, cal-  
ces & similia conficit.

*Alchemia  
non est di-  
visa in  
Metallur-  
giam &  
Pharma-  
ceuticam.*

Quapropter Alchemia, in Me-  
tallurgiam & Pharmaceuticam, di-  
visa non est? Etenim operationum  
lex una eadēq; est, etiamsi opis mil-  
le diversis inserviat usibus. Prepa-  
ratione eadem elaborantur Vege-  
tabilia, Animalia & Metalla. Rem  
eandem alius ad secreta Metallo-  
rum adhibet investiganda. Alius  
ad generosa, quibus sanitas con-  
servatur & restauratur, preparan-  
da Remedia, applicat.

*Multa peri-  
ore.*

Cur autem non hodiè, ut quon-  
dam, aurifera existat ars publicè,  
respondet Ioh. Fr. Mirandul. lib. 3. de  
Auro, cap. 1. ubi sic inquit:

Dicam ego ( ut omittam lurima,  
quæ

quæ responderi possent) cur non  
 extat ars purpureæ tingendæ vestis,  
 non in Tyro solùm & Sidonē quon-  
 dam celebris, sed in toto terrarum  
 orbe decantata? nusquam hodiè est,  
 sed nec ostreum illud, cuius ex san-  
 guine color parabatur, apud artifi- *Extat auri*  
 ces agnoscitur: faciendi auri mate- *faciendi ma-*  
 ria, in promptu est, & facultas adest *teria.*  
 pluribus in locis, etiamsi in Ægy-  
 pto funditus periisset. Hæc Miran-  
 dula.

Quid multa? Etenim, quod ad  
 altiores attinet Medicos & Philo-  
 sophos, qui diviniore artis origine,  
 potentiorēque medendi ratione usi *Alchemia*  
 sunt, quia mortalium consuetudine *dedisti, vul-*  
 neglecta, solitudines quæ siverunt, *gi famam*  
 famæ popularis egregii hostes, com- *contemse-*  
 mentariaque reliquerunt, obscurita- *runt.*  
 tum & anigmatum plena, apud vul-  
 gus ac populares mortalium coetus,  
 memoriam famamque in totum ami-  
 serunt: quo factum, ut Historico- *Hinc Histo-*  
 rum Annales effugerint. *ricorum An-*  
*nales effu-*  
*gerunt-*

Se-

*Reliquerūt  
tamen Af-  
seclas.*

Semen nihilominus immortale & perenni multiplicatione in ævum duraturum, obscurum licet, reliquerunt.

*Balneum  
Dianæ.*

Certè, qui ad Dianæ Balnea admissi fuerunt, aliis, sive leonum, sive vulpium, sive luporum, sive canum pellibus occurrant, sine veste Dianam nunquam demonstrant.

*Alchemie  
antiquitatis  
dignitatis,  
utilitatis &  
necessitatis,  
encomia  
plura.*

Verùm antiquitatem, dignitatem, præstantiam, & utilitatem Alchemiæ, quæ arguant, plura iam adducere iuvat argumenta. Quod negotium tractaretur pluribus, ni id abundè inter alios, à præstantissimo illo Philosopho atq; Medico Hieronymo Rubeo, factitatum esset: Hic enim lib. de Destillat: vetustatis non tantùm, verùm etiam dignitatis multa collegit argumenta;

*Alchemia  
delectati:  
Reges Aba-  
rach.*

Inter quæ & hoc est, quòd referente Albucase, REGES Abarach Destillationis arte plurimum sint delectati; quodque Robertus Neapolis, & Odoardus Angliæ, Reges, ut &

*Anglia  
Reges.*

alii

alii, in summo pretio eius habuerint Professores.

Qui Rubeus etiam multos Italiae principes, uti inter alios Cosmon *Italia principes.* Medicen, Magnum Florentiae Ducem, sic quoque Herculem & Alphonsum Estenses Ferrariae Duces, sic quoque Franciscum Valesum, Galliae Regem, recenset, qui de arte Chémica præclare non tantum statuerunt, verum etiam ipsi, magna cum voluptate, in illa fuerunt versati.

Tanti fecit eam Franciscus I. Gallorum Rex, ut artificem, teste Hieronymo Card. lib. 1. de Varietate Rer. cap. 6. qui primum simplici & vulgari industria, ex lignis in frusta concisis, herbis &c. aquam elicere docuerit, quingentis donarit aureis. *Franciscus I. Gallorum Rex. Artificem ornat muneribus.*

Iohannes Fernelius Ambianus, Henrici II. Regis Galliae Consiliarius & Archiater, lib. 2. de Abd. Rer. caus. cap. 18, ubi disputat multis, quod totius substantiae proprietates, rerum naturalium actionum causa sit, qua Stirpes, Animantia & Metalla, *Fernelij encomia de Alchemia. Totius substantiae proprietates, rerum naturalium actionum causa.*

la, non tantum viva, suas perficiant actiones; verum etiam sit illa facultas, quæ morbum avertat, expellat membraq; confortet, sub Eudoxi persona, hæc profert verba: Est quippe ea (scilicet proprietatum) inquit verissima præstantissimaq; cognitio, quæ nos unà scientificos reddat. Difficiles tamen salebrososq; aditus habens, quasi deserta prætermittitur.

*Proprietatum cognitio præstantissima.*

**NB.**

*Fernelius deplorat institutionem suam primam*

Quibus subiungit paulo post: Una proprietatum cognitio, res ipsas exercet, reliquæ omnes, vix aliud quam verba. Quæ quum infemibrante oculos propono, iam ferè ante actorum laborum me tædet vehementerq; poenitet. Idemq; opto, quod Euripides, ut res ipse cum hominibus colloquantur, & se, quales sint, explicent, ut procul amendantur artificiosi sermones.

Addit dein, probatq; sub eiusdem Eudoxi persona Fernelius, quod illa totius substantiæ proprietates, abeunte totius forma, illiusq; temperamento dis-

dissoluto, (ubi plantæ, Animalia, Metalla &c. in liquorem, oleum atq; sallem, per Chemicam reducta fuerint artem) etiamnum permaneat. Veritatem huius aliquot demonstrat exemplis: O D E V M, inquit, quos mihi aculeos (sub Bruti loquitur persona) isthac interpretatione infigis! Quam dulci & iucunda recordatione animum exuscitas! Tu mihi refricare videris purioris Philosophiæ memoriam prope intermortuam, & vulgaris illius Sophisticæ cavillis obrutam. Agnosco, quam sit difficile, in tanta Philosophantium turba cernere, quid porissimū sequaris. Quod ipse interpretaris, nunc primum recordor, sæpius me certa oculorum fide animadvertisse.

Etenim fusilis & Metallicæ illius Philosophiæ τῆς χυμείας (ut certè multorum) quum longa peregrinatione, quum primis studiosus existerem, exercitatissimo admodum præ-

*Sophistica  
Philosophia  
purior Philo-  
sophia.  
Chemia  
est.*

*In peregrina-  
tione ad-  
didici Che-  
miam, sub  
præceptore.*

præceptore usus, ex unoquoque, tum stirpium, tum viventium, substanti-  
elicui, planè varias, primùm quide  
Aquam, eamq; uberiolem, si stir-  
virebat; pauciolem, si arcescebat.

*Tria princi-  
pia separa-  
runt.*

*Mercuriū,  
Sulphur &  
Salem.*

Deinde oleum, non id quide  
pingve & sordidum, quale pressu  
Amygdalis, & plerisq; seminibus tr-  
hitur, sed artis præstantioris opu  
quod tempore, nec rancescat, ne  
corrumpatur. Id autem duplex, unu  
tenue & albicans: alterum siccū  
atque rubens, postremò fecem terr-  
namq; substantiam subsidentem, in-  
star cineris atrī & exusti. Hac disso-  
lutione, conabamur miris artibus, e  
unoquoq; corpore, quatuor illa re-  
rum primordia, quæ ortu natura pe-  
miscuerat, seiungere: aquam in co-  
creto vapore, aërem in oleo albica-  
te; in rubente ignem, in fece terræ.

Et pergit Fernelius: In terren-  
porrò, inquit, substantia, & in illa re-  
lieta fece, non nihil etiam occult-  
rum virium manet, quod arte exin-

potest

potest. Fex uritur, dum prorsus albescat, & in calcem redigatur, quæ certè proprio humore aptè dissoluta, eximiis viribus præcellit. Hæc Fernelii verba sunt.

Quibus dein, non tantum, quo aliqui, neglecto quatuor substantiarum diremptu, quidpiam secernere studeant, in quo maxima sit proprietatis efficacia, & illa, quæ dici solet, quinta rerum Essentia, addit modum: Verùm etiam, de pervulgato illo, & multis decantato Philosophorum lapide, Elixiride, Arabibus dicto, & vero auri semine, cuius doctrinam patres umbrâ & ænigmate obvelarunt, in apertum & lucem profert clarissimam; strictim tamen, & quam brevissimè illa omnia.

*Quinta Essentia.*

*Lapis Philosophorum  
Elixir Arabibus dictus  
Patres illius doctrinam  
obvelarunt umbrâ.*

Ex hacce Fernelianâ in medium allata sententia, antiquitatem, dignitatem, præstantiam, necessitatem & utilitatem Alchemiæ, quis est, qui non intelligat. Eiusdem rei veritatem aliis etiam declarat in locis Fernelius.

G

Hanc



*Theophrasti  
Paracelsi,  
de Alche-  
mia intro-  
ductio.*

Hanc facultatem nobilissimam Alchemiam, Theophrastus Paracelsus, 1. Parag. Tract. de Alchemia, tertiam Medicinæ, statuit, columnam, cuius Medicus ait, cognitionem si non habuerit exactissimam, in quovis suo perficiendo opere lababit laterem.

Hocque multis, & quidem planè illustribus comprobatur argumentis.

*Alchemia  
persequit res  
naturales.*

Et primum quidem refert, quod natura nihil creet perfectum, usum si spectes; quapropter esse officium artificis, ut id perfectum reddat.

*Perquit, ma-  
terias, &  
preparat  
Alchemia  
res, & quæ  
sunt  
Remedia.*

Sic pistorum, vinitorum & textorum, materiam suam, circa quam versantur, elaborare exactissimè refert, quò divinæ possit satisfacere prædestinationi. Quantò igitur imperitior est, addit Theophrastus, qui pelle recens pecori detracta, vestit hominem, aut crudas esurienti qui comedendas apponit carnes, illo; qui veste pellicea exornat hominem,

nem, aut præparatum coctumque eidem offert cibum: Tantò imperior Medicus habetur omnium, erroresque committit graviores, qui Medicamina, ut à natura producta sunt, cruda, indigesta atque impura, & non arte Chemica elaborata, propinat Remedia, cum illud sanitatis & ipsius vitæ intersit maxime.

Deinde, cum morbi & Remedii natura, in una debeat esse posita concordantia, Chemicis opus esse officii, concludit necessario.

Tumque Chemicæ artis necessitatem eo arguit, quod cum ipsa remedia debeant resistere morbis, *Remedia debent esse astrorum instar.* necessarium esse, ut sint Chaos, sint clarum, ut ab astris regi, deduci, & operari possint, quæ talia si non fuerint, destinata non posse complere sortem. *Alchemia ventriculi externi instar.* Esse igitur Alchemiam, instar ventriculi externi, addit, qui appropriata morbis conficiat Remedia. Hoc fieri inquit, ad

Naturæ leges, per solutionem, co-  
gulationem & fixationem, nimirum  
ut abiiciatur corpus, relicto arcane

*Alchemia  
perducit in  
cognitio-  
nem Rerum  
naturalium.*

Demum præparationem Chemicam  
eò conducere ait, quò in multarum  
rerum naturalium possimus pervenire  
cognitionem. Sic in Alumine, Vitro  
&c. Hermes & Archelaus virtu-  
tes statuunt maximas; quas etiam in  
Mercurio Philosophi reperiunt ean-  
dem: Verum, nisi quis artis peritus  
sit Chemicæ, qua de potentia illarum  
deducantur in actum, maximarum  
illarum virtutum cognitionem ha-  
bebit omnino nullam: Adhiben-  
dam esse igitur Artem Chemicam  
quæ virtutem rei occultatam, in cla-  
rissimam proferat lucem.

Postremum quoque arte carere non  
posse Chemicam Medicum dicit, o-

*Alchemia  
purificat Re-  
media.  
Tolle vine-  
na ex Re-  
medijs.*

maximam rerum impuritatem, cum  
impurum cum puro, venenum cum  
Medicina, in uno corpore sit com-  
mistum, atque confusum, ubi venenum  
tollendum & abiiciendum, non ad-  
der-

adenda esse corrigentia, monet: In Sole, ubi unà Mars adsit: aut Saturnus inveriatur cum Venere, Marte atq; Saturno relictis, Sol Venusque recipiantur. Corpora etenim abjicienda esse contraria, omnemq; tollendam repugnantiam, quò quod investigas, nanciscaris salutare & utile. Vt aurum quod ignem non senferit, inutile, sic multò magis, quæ non experta Vulcanum fuerint; Remedia. Omnia probanda igni ac regeneranda esse, si utilitatem debeat capere indè mortalitas. Hæc Theophrastus ille Helvetius.

Idem lib. 1. Param. cap. 1. de O- *ignis bene-*  
rig. Morb. ex Trib. Prim. Subst. di- *fictis separan-*  
cit, quod ignis illas tres Primas pro- *tur tria prin-*  
bet, easdemq; purificatas exhibeat *cipia.*  
oculis: hoc est, quamdiu ignis non fuerit adhibita opera, nihil esse probabile: Ignem probare omnia, inquit, hoc est, abiecto impuro, illas tres primas adesse.

Vnde Defens. 3. dicit: Inspicite *Theophrastus*

G 3 om-

*Paracel.  
Remedia  
carent ve-  
nienis.*

omnia mea Recepta, nonne caput  
& summa in illis, ut bonum sepa-  
retur à malo? separatio, nonne est  
mea correctio? Talene correctum  
Arcanum exhibendum, cum nihil  
in illo inveniam mali? In labyrinth.  
Medic. cap. 5, ait idem Theophra-  
stus: Res naturales omnes gignun-  
tur ex prima materia in mediam,  
quæ non admodum salutaris existit  
homini; quam Vulcanus, Alchemiæ  
beneficio, redigit in materiam ulti-  
mam, quæ deinde magno poterit  
uti cum emolumento artifex. Hæc  
de Alchemia, in medium allata, The-  
ophrasti quoque illius, Helvetii, longè  
clarissimi, sufficiat sententia; qua  
dignitatem præsertim, necessita-  
tem & utilitatem illius commen-  
dat graviter; adduci plura, non  
opus.

*Ultima ma-  
teria, utilis  
& salutaris*

Aliorum quoque in Medicinâ, qui  
nomen habent, de Alchemia audi-  
antur elogia.

*Caroli à Pe-  
tra Alba,*

Inter quos nobis primum occur-  
rat

rat meritò Carolus à Petra Alba, *de Alchemia*  
 Serenissimæ Margaritæ ab Austria *historia*  
 Medicus, qui in præfatione Dispu- *miæ*  
 tationis Philosophicæ, (quam Col-  
 legium urbis Almæ, sive Romanæ,  
 Medicum, cuius subiecta facit iudi-  
 cio, amplissimo exornavit Elogio)  
 de quinta Essentia Chemicorum, in  
 hunc loquitur modum: Scimus ta-  
 men, inquit, Græcos, & his priores,  
 Egyptios, Chaldaeos & Hebræos, *Patribus*  
 non solum in edendi arte, verum et *Alchemia*  
 iam præstantioribus divinis Myste- *notissima.*  
 riis, & naturæ abditâ & abstrusa *Et Medici*  
 scientia fuisse illustres: Sed homi- *na.*  
 num ac temporis edacis vitio, *Tempore*  
 quam plurima cecidère cadentque: *obducta fun-*  
 quid igitur mirum, si cum omnium *is tenebris.*  
 salutis perniciæ, ars Chymica præci-  
 pua ac nobilissima fere exolevit? Cû  
 enim omnis ars, ut Architæ testimo-  
 nio comprobatur, intentione, mate-  
 ria, forma, instrumentis & operatio-  
 ne constet, sit autem optimus artifex,

ex horum certa & perfecta cognitio  
ne: non est mirandum igitur, si ol  
harum rerum ignorationem, in vul  
garibus & usitatis artibus paucos, in  
secretioribus verò & Chymica præ  
ferim, ferè nullum florere, ac præ  
stare videamus, cum tamen hæc re  
liquis artibus sit præstantior.

*Hodie à  
paucis exco  
litur.*

Nam corporum centra penetrat  
rimatur & elaborat, relictæ reliqui  
artibus ornanda superficie, & ve  
materiæ crassitie, vel accidentium  
pondere præpeditas, naturæ vires at  
potentias solvit, & ad destinatam  
natura formam & ad perfectionem  
etiam facillimè deducit: Hæc abdi  
tas in terræ visceribus naturæ ope  
rationes ( ut puta Elementorum  
mixtiones & corporum procreatio  
nes ) ipsarumq; causas contemplan  
das ante oculos ponit. Hæc deniq;  
quantum Medicæ facultati & homi  
num salutis conducatur, is qui vel min  
ma eius beneficia degustavit, verum  
fatebitur: herbarum enim ac rerum

*Alchemia  
solvit corpo  
ra.*

*Rimatur  
illorum cau  
sas.*

à quibus Remedia contra morbos *Extrahuntur*  
petuntur, vires ac facultates (quæ *semias.*  
Essentia quinta, specificæ formæ, & *Quæ absq;*  
vires occultæ à Philosophis appel- *periculo, &*  
latur) ab elementaribus impurita- *nausea offe-*  
tibus, vi huius artis extractæ, absq; *rumur.*  
nausæ & vomitus discrimine atque *Non sit Re-*  
teterimo cruciatu, (quibus Pharma- *media alia.*  
copolarum crassæ Medicinæ scatent)  
facilè, & quàm utilissimè, præter  
omnem naturæ laborem, imò cum  
ipius robore suas exercent vires.

Quis itaq; veritatis & virtutis a- *Alchemia*  
micus, pro tantis & præcipuis huius *à vulgi ca-*  
facultatis præstitis bonis, hanc ar- *lumniis vin-*  
tem à vulgi calumniis non vindicet? *dicanda.*  
quod nunc faciendum mihi propo-  
sui, ut hac via & ratione has, quæ ad  
me nuper transmissæ sunt, discepta-  
tiones redarguam. Hæc præstantissi-  
mi & nobilissimi dicti Philosophi &  
Medici verba sunt.

Ex quibus facilè, & longa vetu-  
stas, præstantia excellens, adeoque  
utilitas immensa Alchemiæ elucet  
perspicuè.

G 5

De



De eadem Alchemia, Alexander Carerius Patavinus, quæst. de Metallis scribit, quòd longâ approbataque constet experientia, artem Sublimandi & Destillandi utilem, salutarem & maximi faciendam esse. Eius enim auxilio, addit, varias nos posse vires elicere, varia olea admirabilis virtutis conficere, liquoresq; saluberrimos ex naturæ fontibus haurire.

Insuper, quod operâ & auxilio Artis sublimandi, in notitiâ multarum rerum Physicarum perveniamus, principiaque illas constituenta cognoscamus. Eam enim esse resolutionem rerum in sua principia quæ resolutione nihil sit homini accommodatius, pro indaganda natura rerum.

Hanc itaque artem, inquit, ingenio Philosophico, meriti sublimia indaganti, animo demum ingenuo, & regio ita accommodatam indicavi semper. Carerius hætenus.

Matthioli  
testimonium

Neque hîc excellentissimi atque simul

simul literis publicis clarissimi illius, Petri Andreæ Matthioli Senensis, illustre admodum deest testimonium, quod libri quarti Medicinalium Epistolarum ultima, ad Clarissimum & Doctissimum Virum Dominum Andream de Blauven D. *ιατροχρυσο* experientissimum, qua illius Epistolæ, quæ est de Auro potabili, respondet, hisce verbis proposuit:

Ausim dicere, neminem Medicum absolutum esse posse, imò nec mediocre quidem, qui in hac nobilissima destillandi scientia, non sit exercitatus, id cum alibi, tum imprimis in Chronicis morbis est animadvertere, ubi tota massa sanguinea, in universo venarum ambitu corrupta est, & referta multorum morborum seminariis; tum hi, inquam, morbi, citra metallica devinci vix possunt. Ea enim sola vi ignis ita attenuantur, eamque penetrandi vim, acquirunt,

ut

*In omnibus  
Morbis, &  
praesertim  
Chronicis,  
exhibenda  
remedia  
Chemica.*

ut habitum totius corporis permeent, cum interea cæteræ plantæ eò usq; ignem non sustineant. At qui eiusmodi Morbos, citra scientiam Chemicam, & res Metallicas aggrediuntur tractandi, ii plerunq; re infecta, cum magno dedecore, & suo & artis Medicæ, deficiunt. Hæc quoque Matthiolus.

*Cardaniu-  
drum.*

*In curatio-  
ne Calculi,  
opus est Che-  
micis Re-  
medijs.*

In calculi curatione quoq; lavare nos laterem, sine Remedijs metallis, quæ citra Chemicæ artis præparationem adhibentur frustra, Cardanus testatur, ubi lib. 2. de Subt. sic loquitur: Constat aquam fieri posse, quæ lapidem vesicæ confringat. Duo autem sunt necessaria, & quod lapidem atterat, & quod vesicæ sit innoxium. Metallicum certè sit tale oportet, aut ad Metalli naturam mutatum. Audivi quondam in Januense, sed denuò amissam mortem illius, qui eam notam nemini facere voluit. Hæc Cardani sunt verba.

Eandem Alchemiæ insignem præstan-

stantiam, atque utilitatem per-  
 magnam, exprimit egregiè clarissi- *Zuingeri*  
 mus ille Zuingerus, Comm. in lib. *encomia de*  
 Hippr. de Med. vet. hisce verbis: *Alchemia*  
 Quibus etiam, inquit, cibus solidus  
 erat molestus, præparatione hunc  
 debiliorem, & ægro convenientio-  
 rem reddidit, partim id, quod noxi-  
 um erat, auferendo, partim id, quod  
 utile erat, præparando, & ad vires  
 caloris nativi accommodando. Quod  
 ipsum in Medicamentis quoq; fieri,  
 quotidiana docet experientia, sed  
 præsertim Chymica, quæ ut in vege-  
 tabilibus & Animalibus elegans est,  
 & popularis: sic in Metallicis longè  
 operosior, quod ea spiritus & succos *Metallo-  
in Medici-  
na dignitas*  
 habeant comparatione corporis hu-  
 mani, in quo agere debent, crudissi-  
 mos quidem, sed coctionis toleran-  
 tissimos & efficacissimos.

Et paulò post, idem Zuingerus,  
 illustrioribus multò hisce loquitur  
 verbis: Nulla ex iis, quæ nos habe-  
 mus alimentâ & Medicamenta, in-  
 quit,

*Optimum is est Medicum, qui purum succum ex medicamentis elicit.*  
 quit, absolute calida sunt, aut frigida, sed simul dulcia, amara, aëria, falsa, austera, acerba, insipida. Sapores perfecti, ut etiam colores &c. corpori similari toti infans per omnia, in substantia tamen peculiari videntur consistere. Quæ cum à reliquo corpore, etiam per artem extrahi queat, tantopere laudatas illas Eccrises Chymicas constituit, naturalium separationum, quæ in corporibus animalium quotidie fiunt, æmulas: Ut proinde optima coctio in corpore à calore fiat valido, purum ab impuro subtiliter separante, & optimus is sit coquus, qui Chylum alimentarem, naturæ humanæ inimicum, ignis & aquæ beneficio auferre, vel saltem attemperare novit, & optimus Iatrochymista, qui *ἁπλουν* Medicamentorum purum elicere, vitæ eiusdem impediencia remove, hebetantia & infringentia citra molem admiscere potest.

Sic, vini Spiritus mole exiguus est, qui

qui inebriat, à reliquo avulsus corpore, ut in ventriculo naturali, sic etiam in artificiali: Sic scammonio vis ignea, opio vis narcotica, in impuriore corpore utraque posita, demitur. Zuingerus hæcenus. Præclara quoq; & mentibus infigenda omnium nobilissimi illius Iohannis Cratonis à Kraftheim, Imperatorum trium Romanorum, Ferdinandi nimirum, Maximiliani II. & Rudolphi II. Archiatri, in Epistola ad Iosephum Iustum Scaligerum, præfixa Exerc. de Subt. Iulii Cæsaris Scaligeri &c. est sententia, quam verbis exprimit sequentibus:

Mihi satis est, inquit, necessaria nosse & simplicium Medicamentorum, non facultates primas tantum, verum etiam, si quæ proprias & experientia & ratione separationis purioris partis, ab impuriori, & quasi spiritus naturalis, qui humido aquoso vel oleaginoso insidet, ut ita dicam,

EVO.

evocatione, cognoscere, ut ad tuendam valetudinem usui sint, operam dare. De hoc scio alios aliter existimare: Verum ego, neque sententia doctorum, qui hæc tandem ignea vi prædita, minus tuta existimant, multo minus, indoctorum vocalis, qui ut Hebræus quidam censet, novam sibi artem discendam, si nostris Medicamentis utendum sit, putat, moveor. Quod si veterem Medicinam, homo, omnium bonarum artium imperitus, malarum verò peritissimus, noesset, nunquam de oleo Caryophyllorum Stomachali medicamento iniijciendo, tantum præscripsisset, quantum integre libræ Caryophyllorum respondere videretur. Sed hunc verè Φαύλον mitramus. Doctos autem Medicos illud moneo, quod Prometheus, cum Cœlo ignem detulisset, eumq; Satyrus osculari vellet, admonuit: ut ne mentum illis, ac potius, ex malo in imperitia successu, mens dolore afficiatur.

ciat, caveant. Hæc quoq; Cra-  
 tonis est sententia. Nec minus *Ioh. Heurnij de Alchemia, encomia.*  
 præclara de Chemia, Iohannis  
 Heurnii, professoris olim Lugduni  
 Batavorum, clarissimi, lib. i. Meth.  
 ad praxin hisce verbis extat senten-  
 tia: Vt veritati soli, inquit, cuius  
 castra, non Paracelli, non Galeni  
 nos sequimur, patrocinemur, fa-  
 rendum certè est, Medicinam vix *Medicina non potest carere Alchemia.*  
 & ne vix Gratiis sacrificaturam, sine  
 hac elegantissima destillandi Arte,  
 quam non modò utilissimam existi-  
 mo, quin potius necessariam, ut sine  
 qua, ne vita quidem satis commo-  
 de duci possit: Cespitat iam pro-  
 fectò, sine hac arte, Medicina. Sic  
 quoq; sentit Heurnius. Quid mul-  
 tis? Solvere & coagulare, Philoso-  
 phi dicunt, principalia sunt artis  
 huius operis exordia, & pollis u-  
 nus. Nam qui non solvit & coag-  
 lat, multipliciter errat. Vndè Phi-  
 losophus ait: Solvite & coagulate,  
 & sic scietis secretum Magisteri.

H

un



um. Etenim, ni corpora fiant incorporea, sive non corporea, vel volatilia, & contrà, nihil operamini.

*Salvatoris  
testamentū.* Quod etiam testatur Salvator, ubi dicit; Nisi granum frumenti in terram cadens, fuerit mortuum, ipsum solum manet: sin autem mortuum fuerit, multum fructum afferet.

*Mercurialis.* Sic clarissimus ille Hieronymus Mercurialis, qui Paduæ, Bononiæ & Pisis olim, publicè docuit Medicinam, de Chemia, lib. 3. de Comp. Med. cap. 7. hanc ferebat sententiam: Veteres Medici, inquit, (Hippocratem & Galenum intelligit) caruerunt hac arte, atq; hac præparatione: puto ego hanc esse unam ex iis artibus, quas significat Aristoteles 1. Rhetor. quando dixit: Multas superesse artes inveniendas & nondum inventas; sed tempore nostro ars destillandi ita exculta & perfecta est, ut certè, si reviviscerent

*Hippocrates &  
Galenus cō  
suerunt Al  
chemia.*

rent veteres, deberent nobis invidere.

Qui Mercurialis de aquis destil- *Flor. Mer-*  
latis L. C. sic loquitur: Si liceret *curialis, de*  
nobis aquas destillare, ut decet, & *Alchemia*  
ut ego animadverti, in plurimis lo- *encomio.*  
cis fieri, procul dubio melius esset  
destillatis uti: Destillantur autem *Aque de-*  
his in locis, vasis vitreis optimè lu- *stillata.*  
tatis, & calore cineris. Vidi fornacem  
fabrefactam, cum multis vasis  
vitreis, in qua per cineres & calore *Aqua de-*  
modico, variæ herbæ destillaban- *stillata pra-*  
tur, & aquæ illæ mirificè retinebant *stantiores*  
odorem, saporem, & omnes quali- *sunt, quoniam*  
tates herbarum. *Decocta.*

Si liceret tales habere, planè melius esset; ratio est, quia in Decoctis, licet habeamus facultates Medicamentorum, adest tamen & alienum corpus, scilicet aqua, & aqua *In Decoctis*  
quidem alterius generis: in aquis *adest aqua*  
destillatis, non est aqua externa, *externa.*  
sed solum aqua illius corporis, cum  
suis qualitatibus; adeò ut clarum  
H 2 sit,

fit, multò meliores & integriore  
servari vires in destillatis, quàm  
in decoctis.

*Hippocra-  
tes, quo an-  
no vixerit.*

Hippocratem, quò natus est pr-  
mo anno L X X X. Olympiadis, an-  
no scilicet Mundi, 4 7 6 0 ut Euse-  
bius supputat, referente Theodo-  
ro Zuingero, Th. vitæ Hum. vol.  
lib. 2. antiquissimæ, nobilissimæ &  
utilissimæ scientiæ Chemicæ, cui  
beneficio venenum à Medicinæ  
purumque ab impuro separatum  
ignarum fuisse, ipsius posteritati re-  
lictæ attestantur scripta. Cum ipse  
venenatis & vehementibus Phar-  
macis, ut præter experientiam Fe-  
nelius, inter alios, lib. 3. Meth. cap.  
11. Et Hieronymus Mercuriali:  
lib. 2 de Comp. Med. cap. 9. affir-  
mant, usus sit.

*Hippocra-  
tes imperi-  
tus fuit Al-  
chemia.*

*Sal aceti.*

Quem tamen Hippocratem, a-  
tis Chemicæ, si quis velit statuer  
peritum, de Aceti sale, lib. de L-  
quid. usu, illum loqui putarit: Se-  
potius de oleo, per resolutione  
dictæ



scribit idem Hippocrates, Methodum tutò, efficaciter atque iucundè possit mederi hominibus.

*Galenus,*  
*quo tempore vixerit.* Galenus, qui sub Adriano Cæsare vixit, qui imperare cœpit anno Domini 220. ut refert Conradus

*Galenus*  
*Alchemia imperitum fuit.* Gesnerus, in Vita Galeni; postquam in rebus naturalibus, contrarias, sibi repugnantes, & naturæ

*Galenus*  
*exoptat & commendat*  
*Alchemiā magnificè.* humanæ planè inimicas contineri facultates, usu & experientia optime didicisset, nihil magis in votis habuit, quàm talem ut machinam,

aut invenire posset artem, qua contrariæ illæ dictæ partes separarétur, ut videre licet ex Galeno, lib. 1. simpl. Med. Fac. cap. 17. ubi hæc habentur verba: Atque ego sanè, inquit, non multum abest, quin illorum laudem sententiam, in eamque promptè accedam, proque hac assertione atque opinione, pericula omnia subeam, si quam machinam, aut artem invenire queam, sic ut in lacte, contrariarum partium

um

um separationis, ita hîc quoque. Nunc autem quod lac universum non sit homœomeres & simile, neque undiquaque sibi idem, clarè monstrat eius coagulatio, excogitata videlicet, multis hominibus ratione, qua partes caseosæ à serosis separari possint. Hæc Galenus.

Candidum atq; ingenuum, tumque liberum, simulque ignota discendi cupidum Galeni animum, quis hic est, apertè qui non intelligat? quo non tantùm Alchemiæ scientiam se ignorare profitetur liberè; verùm etiam, ut invenire & addiscere queat eandem, se omnia velle adire pericula, iuratis affirmat verbis.

Hanc tamen contrariarum illarum partium separationem, fieri posse optimè, ignis opera, vel arte vulcania, seu Alchemistica, idem Galenus, lib. de Ther. ad Pison. cap. 18. hisce testatur verbis:

Præparatur verò, inquit, sal quidem

H 4 dem

2.  
Contraria-  
rum partium  
separatio fi-  
eri potest  
Alchemia  
opera.

dem ex hisce serpentibus (intellige, qui Theriacam ingrediuntur) de quo mentionem facere duxi, ut absolutissimus hisce de rebus penes te sermo foret.

*Sal Theriacale.*

Facit autem & hic sal ad omnia, quæ antè diximus, sed modicè facit. Si quis tamen frequenter eo utatur, sensim auxilium affert; undè plerique hoc sale medicati, cum inter initia celerem Remedii sensum non habuissēt, nec prorsus quidem conferre arbitrabantur, præsertim cum redactum in cinerem, vim medicam incendio amisisse censeant. Equidem, ut Antidoto parem facultatem, Salem non habere affirmo, sic omnem ipsius vim aboleri penitus, nego.

*Ioni præstantia, in Alchemia.*

*Auri præparatio.*

Nam ignis multa efficit meliora, & interdum latentem rerum naturam detegit: quædam etiam, quos volumus in usus, apta reddit. Aurum quippe à nobis igne exploratur, impurumque hoc pacto à puro separa-

separatur : Nam aurum, quod igne repurgatum exactè fuerit, obryzum esse censetur.

Ferrum quoque flammis emollitum, quovis modo producitur, & flexum, sicuti volumus, variis hominum usibus inservit.

Sed quid remota confector? *Alimenta redduntur*  
 nonne multa, quæ nutrimenti causa *igne præstentur.*  
 sumimus, igne nobis idonea redduntur? Panis & pecudum pisciumque carnes, quàm diu crudæ sunt, ne appetuntur quidem : at ubi coctæ fuerint, etiam in nutrimentum cedunt.

Ipsam insuper vinum, si quis statim, ut natum est, è racemis premat, crudum & immaturum est, at solis igne maturatum, & suavissimum, & potui convenientissimum evadit. *Ignis Solis*

Amplius, multa reperiuntur ad *Sic medicamenta.*  
 structuram medicamentorum attinentia, quæ donec priscam suæ naturæ rigiditatem servaverint, & ac-

H 5 cer-



cerrima, & nostris corporibus inimica esse, docet experientia. Hæc ignium virtute temperata, curandis morbis idonea redduntur, utpote chalcitis, quæ si cruda fuerit, corpus urit, & in eo crustam celeriter excitat; si tosta admoveatur ulceri, cicatricem inducit. Item lapis, qui è Phrygia advehitur, is crudus acerrimus est, affatus verò & aliis quibusdam commistus, præstans oculis Remedium evadit. Cinis etiam, quem ex incensis spongis conficiunt, sanguinis fluxum valenter astringit.

*Ex Theriaca Sal.*

Idem mihi de Theriaco sale videtur. Nam omnia simul incensa, hoc est, integri cum sale serpentes exusti, ignis opera, noxiam excendentemq; corporis nostri virtutem deponunt, ita convenientem medicaminibus opem assumunt. Præcipuum verò sal iste habet, quod morbis cutim infestantes, curat. albam dico vitiliginem, lepram. impec-

impetiginem, quam feram vocant,  
& demum omnia sub cute posita  
excrementa resolvit.

Quamobrem magna pars eo-  
rum, qui salem hunc comedunt,  
plus quam consueverant, sudantes, <sup>Sudantissimè</sup>  
putridam materiam eijciunt, &  
cum ea etiam pediculos quosdam  
appellatos emittunt, qui è putri  
materia ortum ducentes, nomen  
sibi ~~Philosophi~~ apud Græcos acquisive-  
re. Dentes prætereà hic sal optimè  
purgat, & ipsos à putredine servat,  
nec eos erodi permittit. Membra  
laxa densat, illucq; descendente  
fluorem suppressit. Hæc Galeni  
verba sunt.

Quod si igitur, ut patet, ex su-  
pra, & iam Galeni allegatis verbis, <sup>Assumptio  
Superiorum</sup>  
quibus elogio Galenus honorifico  
commendat Alchemiam, multa  
ignis meliora efficiat, latentem re-  
rum (quod in Alchemia, & sum-  
mum & proprium habetur Artifi-  
cibus) detegat naturam, quædam  
etiam

etiam, in usus quos volumus apte reddat; Si Medicamenta omnia donec priscam suæ naturæ servaverint rigiditatem, & acerrima & nostris corporibus fuerint inimica ignium virtute temperata, curandis morbis efficiantur idonea; Ignis operâ, noxiam excedentemque corporis nostri virtutem, salutarî, iucunda atq; efficaci rei conservata essentia, Remedia deponant Alchemiam qui non amet, magnificat, suspiciat atq; ambabus, quod dicitur, amplectatur ulnis, in mortalium cœtu, mentis compotem inveniri credo neminem.

*Theophrastus Paracelsus non inventor Alchemie. Ethnicis non inventores Medicinæ. Sed Patres.*

Ex quibus constat dilucidè, ne Alchemiæ, à Theophrasto Paracelsi, multò minus ipsius Medicinæ originem, à Machaone, à Podalirio, à Chirone, Apolline, vel Hippocrate, multò minus à Galeno aut reliquis Ethnicis, sed potius à Adamo, atq; reliquis sanctis Patribus, Deo Opt. Ter. Max. auctoritatem repetendam esse.

De Abimelech (Regis conflagrantis amoris igne, quem de Sara, *Tempus Abimelech & Abrahami, facinus Medici.* Abrahami coniuge conceperat) desperasse salute Medicos, Flav. Ioseph. refert, lib. 1. Antiq. Iud. cap. 20.

Sic de Patriarcha Iacobo, tumque Iosepho, lib. 1. Genes. cap. 50. *Sic tempore Iacobi & Iosephi.* scribitur, quod postquam suum obierint diem, illorum corpora condierint aromatibus Medici. Hippocratem etiam, Galenum atque reliquos Ethnicos, ex patrum doctrina collegisse Fragmenta, quis est qui hinc quoque non intelligat clarissimè?

Plura, ex quibus non tantum vetustatis, & dignitatis, verum etiam utilitatis colligerentur Alchemiæ argumenta, addi possent. Verum cum iam claudendi rivuli, unius tantum cuiusdam summi viri, qui laude atque utilitate cum summa multos iam annos in Academia Germaniæ nostræ clarissima Lipsiensi,

*D. Tanck-  
ii de Alche-  
mia enco-  
mia.*

senſi, Medicinam proſitetur publi-  
ce, Ioachimi Tanckii Philoſophiæ  
& Medicinæ Doctōris præſtantiffi-  
mi, nimirum, de antiquitate, digni-  
tate & neceſſitate Alchemiæ, ubi  
fuerint audita encomia, argumen-  
to præſenti imponetur finis.

*Medicina  
altera, Che-  
mica eſt.*

Qui iam dictus D. Tanckius, in  
præfat. quam præfixit Theſibus, D.  
Henrici VVarenii, de Affectuum  
humanorum curatione, ſic loqui-  
tur:

*Chemicam  
Medicinam  
inveſtiga-  
runt Impe-  
ratores.*

Non minori, inquit, imò maio-  
ri ſtudio & cura, alteram Medici-  
nam, quæ Chémica vocatur, & pe-  
nitus rerum naturas perquirat &  
introſpiciat, ipſi Imperatores, Re-  
ges, Principes, Duces, Comites &  
Barones indagarunt & excolue-  
runt.

*Alchemia  
fuit Ada-  
mæ Patri-  
bus nota.*

Ea enim non minus, quàm  
prior (ſcilicet Medicina) Adamo,  
qui rebus omnibus, ſecundùm cu-  
iusq; naturam nomina impoſuit,  
ſanctisq; patribus nota fuit, etſi  
poſterioribus ſeculis ſubinde ob-  
ſcura-

scurari coeperit, ut nunc maiori o- *Capitulum*  
pus sit industria illam perquirendi, *vari.*  
& addiscendi, præsertim, quia à  
Græcis, à quibus omnem Philoso-  
phiam & Medicinam, qualiscunq;  
casit, accepimus, exculta non fuit,  
aut certè à paucis, qui tamen & ip-  
si fabulis, tanquam sapientiæ invo- *Falsæ fabulæ*  
lucris, occultarunt, quemadmo- *involuta.*  
dum id ipsum, ex Homero, Pinda-  
ro atque Ovidio manifestum esse  
potest.

Præcipuè verò hæc Philochemia  
& Chemiatria apud Ægyptios *Ab Æ*  
floruit, à quibus postea nobilissimæ *gyptiæ ex-*  
hæscientiæ & artes, ad Arabes pro- *culta, &*  
pagatæ fuerunt. Indè demum ad *Arabibus*  
alias quoq; gentes pervenerunt, ac  
primum Cholchidis Reges, qui &  
Ægyptii fuerunt, Chemiam suam  
esse voluerunt. Græci tamen, quia *Græci repo-*  
optimarum artium & disciplina- *erunt à*  
rum studiosissimi semper fuerunt, *Colchicis*  
fama & sapientia Colchicorum *aureum vel-*  
Regum moti & adducti, cum eam *lino.*  
ab

ab illis sponte impetrare non potuerint, Aureum vellus vi & armis rapere tandem conati sunt. Instructa igitur classe, Duce Iasone in Colchidem navigant, Aureumque vellus quod Medea servabat, auferunt. sed non tanto successu, quanto conatu. Medea enim in sanandis ægris, & iuventute in senibus revocanda, ea arte admiranda effecit apud Græcos. Eam tamen felicitatem non consecuti sunt posteri. Nam cum magis ad luxum, quam sanitatem hominum, hanc artem trahere cogitarent, ex illorum manibus divinum hoc munus elabitur.

*Græci dediti Alchemiæ.*

Excitata tamen fuerunt apud Græcos, etiam ad hanc artem comparandam nonnulla ingenia, vel quod naturam rerum perquirerent diligentius, vel Colchicam sapientiam ab Ægyptiis primò pervenisse intelligerent. Hinc Democritus in Ægyptum descendit, & à sacer-

*Democritus in Ægypto, didicit Alchemiam.*

cerdotibus ibidem Alchemiam didicit, qui tanto studio naturæ investigationi deditus fuit, ut à suis civibus, magis pecuniæ acquirendæ, quàm sapientiæ studiosis, mentis non esse compos iudicatus sit, cuius tamen cerebrum minus, quam civium helleboro opus habuit, sententiam hanc ferente Hippocrate. Exemplam Democriti secutus est Pythagoras, qui & ipse in Ægyptum concessit, & à sacerdotibus secretiorem Philosophiam hausit. Omni itaq; ætate cultores Chemiæ non defuerunt.

*Sic & Pythagoras.*

Cum enim ab Ægyptiis, Arabibus & Græcis expelleretur, aliæ gentes & populi eam receperunt, maximè Latini, qui tamen prius amplificandi regni studio magis tenebantur, quàm artium & naturæ cultura.

*Hinc ad Latinos per venit.*

Hinc postea ad Germanos, aliasq; Gentes, divina hæc ars, maxima cum luce Evangelii, Imperato-

*Post ad Germanos.*

I

re



*Tempore Caroli M. cum luce Evangelij.* re Carolo magno, pervenit: quæ tamen penès doctos semper mansit, ut soli Monachi eius professores fuerint, pauci tamen, quos æquus amavit Iupiter.

Postremùm, egressa demum est ex monasteriis, ut iam passim in Illustrium principum aulis excolatur, sed ii ferè omnes, qui Medicinam faciunt, & Galenicam absq; hac imperfectam non temerè iudicant, illius studiosissimi indagatores sint.

*Absq; Alchemia, Medicina Galenica imperfecta.*

*Chemica Medicina, sanitatis & morborum causas ex principijs proximis deducit.*

*Galenicave re ex remotis.*

*Chemiatri sunt diligentiores in Remediorum inventione.*

Sanitatis enim & morborum causas & semina, Remediaq; ex principijs proximis deducit & inquirir: Cum Galenica Medicina, morborum originem ex Elementis, quæ illis remotiora sunt, elicere conetur, quemadmodum in mea utriusq; Medicinæ, Hermeticæ & Galenicæ *evangelij* ostensurus sum.

Chemiatri prætereà, in Remediorum inventione, Galenicis longè sunt diligentiores.

Nam duo ad morborum iam cognitio-

gnitorum expugnationem, in Remedia <sup>In Morbor.</sup>  
diorum indagatione, necessario esse <sup>cura, duo</sup>  
consideranda deprehenderunt: Re- <sup>necessaria.</sup>

medii scilicet Electionem & Præpa- <sup>1. Remedij E-</sup>  
rationem. Hinc naturâ viam mon- <sup>lectio.</sup>

strante, Remedia triplici ordine di- <sup>2. Preparatio</sup>  
stinxerunt, quæ vel ab Animalibus, <sup>Remedia</sup>

vel vegetabilibus, vel mineralibus <sup>triplicia.</sup>

sumantur. Vegetabilium vires infe- <sup>1. Vegetabilis</sup>  
riores in curandis morbis esse ob- <sup>um.</sup>

servarunt: His tamen succedere ea, <sup>2.</sup>

quæ ex animalibus parantur. Micro- <sup>Animalis</sup>

cosmi Medicinam excipio. Omni- <sup>3.</sup>

um verò ad morborum sanationes <sup>Mineralis</sup>  
efficacissima sunt Medicamenta, quæ <sup>& Metal-</sup>

Mineralia & Metalla subministrant. <sup>torum.</sup>

Deinde quia intellexerunt, vim <sup>Vis medica-</sup>  
Medicamenti, non in primis elemen- <sup>menti, non</sup>

torum qualitatibus potissimum si- <sup>in primis</sup>  
tam esse, sed ipsas sæpe operationem <sup>qualitatibus</sup>  
illius, quod curare debet, impedire, <sup>Separandis</sup>  
simplicium medicamentorum Ana- <sup>igitur puris</sup>  
tomen instituerunt, in qua singulari <sup>ab impuro,</sup>  
artificio, tria principia cuiusq; sim- <sup>Tria prin-</sup>  
plicis, non tantum eliciuntur, sed <sup>cipia.</sup>

I 2 Ele.

Elementa superflua, corpus ægrum magis lædentiā, quā sanantiā, separantur.

In hac præparatione maximè conati sunt purum ab impuro separare, & heterogenea ab homogeneis discernere & distingvere, quā in parte naturam ducem secuti sunt. Quare, ut citò, tutò & iucundè sanare hominem ægrum Medicus possit, Remedii cū electio tum præparatio summè necessaria illi est.

*Ut tutò, citò  
& iucundè  
curent.*

Hoc cum intellexisset clarissimus VVarenius, cuius ιερολογίας, in gratiam discipulorum publicamus, & Galenicam Medicinam imperfectam esse, ratione & experientia didicisset, impellente eum insuper præstantium virorum autoritate, Chemiatriæ se quoq; dedit, in qua feliciter sanè versatus est, ut si fata permisissent, ad eius fastigium ascendere potuisset. Reliquit verò post se inter alia, has de curatione morborum, disputationes, in quibus Galenica  
Che-

Chemicis coniunxit, quas, si vitā illi longiorem Deus concessisset, absoluto opere, publici iuris fecisset. Id quod mecum in Medica arte præcipui exoptant viri &c.

Hæc clarissimi illius D. Tanckii verba sunt : Quibus refert, non à Græcis, verum potius à primò generis humani parente Adamo, sanctisque Patribus inventam & excultam esse, quæ rerum naturas introspiciat penitus, purumq; ab impuro separet, Alchemiam. Quæ deinde longa annorum serie, non tantum aliis nationibus infinitis, verum etiam nostræ charæ Germaniæ Dei favore revelata atq; patefacta sit.

Simulq; addit, quod ipsa Medicina Galenica sine hac omninò sit manca & imperfecta; cum sanitatis & morborum causas & semina, Remediaq; , ex principiis proximis Medicina Chemica deducat atq; inquiret: Galenica verò Medicina illorum originem ex Elementis, quæ  
I 3 illis

illis remotiora sunt, conetur elicere  
 Quibus postremum adiungit  
 Chymiatros, ipsis Galenicis, in Re-  
 -mediorum inventionem, atq; eorum  
 dem etiam præparatione, quæ du-  
 in curandis morbis Medico cuilibet  
 spectanda unicè, longè esse diligen-  
 -tiores.

*Metallica  
 Remedia,  
 præstanti-  
 ra.*

Remedii inventionem quod att-  
 net, Chymiatros, ait, in Morborum  
 curatione, non solum Remedia e  
 Vegetabilibus & Animalibus desu-  
 mere, verum etiam ex Mineralibus  
 & Metallis, quæ illis longè præsta-  
 tiora sint, (ob maiorem nempe Ba-  
 -sini naturalis, curationis omnis au-  
 thorem, in illis copiam) in usu  
 Medicum advocare Remediâ.

Præparationem quod spectat, di-  
 ligentiâ quoq; superari longè à Chy-  
 miatris Galenicis, inquit autor  
 Cum enim Chymiatris, utpote pi-  
 -tatis & officii memores, Tutò, eis  
 & iucundè illud mederi summum &  
 finem unicum, in medendo sibi præ-  
 ponant

ponant, illumque consecuturos se  
 haud confidant, ni artificialem Me-  
 dicamentorum anatomen seu Ana-  
 lyſin inſtituant, qua non tantum ve-  
 nenatæ, corroſivæ & deleteriæ qua-  
 litates, corpus maximè lædentes,  
 (quibus naturam primam, non ex  
 corruptis Ethnicorum lacunis, ſed  
 potius limpidiſſimis & ſanctiſſimis  
 Iſraelis fontibus edocti, infectam  
 eſſe & labefaetataſciunt optimè)  
 tollantur omnino, verum etiam im-  
 pura Elementorum illa corpora ab-  
 iſciantur, quibus tanquam carcere  
 vis, facultas, & omnis ſanandi po-  
 teſtas, cum illa nuda, ob deſtinata  
 ſibi à Creatore munia, mortalium  
 non poſſet ingredi cœtus, conti-  
 netur.

Quapropter naturam ducem imi- *Tria prin-*  
 tati Chymiatri, tria illa cuiusq; Re- *cipia :*  
 medii ſimplicis principia, utpote *Mercurius,*  
 Mercurium, Sulphur & Salem, quæ *Sulphur &*  
 alibi Hermetica ſeu Paracelfica vo- *Sal, Herme-*  
 cat autor, adhibita artificiali analyſi, *tica & Pa-*  
*racelfica di-*  
*cuntur.*

I 4 vene-

venenatis & ingratis illis abiectis  
 qualitatibus, tumque impuris Ele-  
 mentorum remotis corporibus eli-  
 cuere; quæ dein salva conscientia,  
 atque magna cum utilitate, utpote  
 Tuta, Efficacia & iucunda Remedia,  
 exhibuerunt mortalibus.

Antiquitatis, dignitatis, præstan-  
 tiæ & utilitatis, nobilissimæ illius  
 Alchemiæ, in medium iam adduci  
 argumenta plura, necessarium non  
 arbitror, cum sapienti, ut Comicus  
 loquitur, dictum sat sit.

Confirmare & illustrare superio-  
 ra, atque simul debita & grata Al-  
 chemiæ paucis explicare mu-  
 nia, iuvat nunc, de  
 quibus sit:



C A-

# C A P V T S E - C V N D V M,

Q V O D

*Dignitatem, Officium, Utilitatem &  
Necessitatem Alchemia ar-  
guit pluribus.*

**Q**ui iam dicti, & autori-  
tate & eruditione autores  
præstantissimi omnes, secre-  
torem illam Hermeticam Medici- *Hermetica*  
nam secuti, corruptibilemque; & fœ- *sive Chemi-*  
dam illam superficialium Elemento- *ca Medici-*  
rum naturam, venenatasque; & ingra- *na dediti,*  
tas qualitates animadvertentes, cum *purum ab*  
assiduitate & diligentia, non tamen *impuro fa-*  
sine beneficio Numinis, superatis *pararunt.*  
umbris, ad præclaram hanc verita-  
tis Rempub. ascenderint, impurita- *Quo puris-*  
tem à puro separare didicerunt, *sim rei Es-*  
quò puriorem crystallinamque; istam *sentiam nam*  
materiam. Quintum elementum, *ciscerentur.*  
I 5 Essen-



*Essentia illa est Medicina unica.*

*Est Medicina Unica.*

*Hippocrates illam materiam vocat divinum, hoc est, potentiam & sequitur, hoc est, calorem.*

Essentiam, Balsamum, Materiam perlatam; Mumiam, Mercurium, Arcanum, Elixir, Mannam, & mille huiusmodi nominibus (cum ad divitis naturæ divitias explicandas non sufficiant omnia) appellatam, quæ naturæ est Balsamus, totius Creaturæ nucleus, atq; morborum omnium Medicina unica & vera, nacti cognoscerent: cognitamq; necessitatibus humanis accommodarent legitimè.

Hanc, quam dixi materiam, Hippocrates olim lib. de Med. Ver. Divinam, id est, potentiam vel facultatem, & τὸ θεῖον, hoc est, calidum, quod divinum quiddam esse, lib. de Carn. dicebat, vocabat.

Aristoteles calorem, qui in semine, cuiusq; fecunditatis suæ causam contineret, quiq; minimè ignis esset, neq; id generis facultatem aliquam æmularetur, sed potius spiritus, qui in semine spumanteq; corpore coereretur, & natura, quæ in eo esset spiritu.

spiritu, proportionē respondens Elemento Stellarum, cum diviniore, *Aristoteli dicitur Spiritum.* quàm Elementa, esset originis, nominabat; ita ut quodammodo plena essent animarum omnia, sicut habetur lib. 2. de Gener. An. cap. 3. & ibid. cap. 11.

Theophrasto illi Græco, Aristotelicæ Philosophiæ Alumno, lib. de Causis plant. *Theophrasto Græco, ἐπεὶ τῆς φύσεως, id est, φύσεως,* vitale principium in natura, dicitur, cuius virtute vivunt, vigent, virent-que omnia: Cætera mortua sunt.

Qui si puram, & ab aliorum Elementorum permistione, absolutam illius dicti Balsami non intellexerint naturam; proprietatem tamen, atq; eiusdem signaturas, in naturæ familia etiamnum habitantis, exposuerunt clarè.

Theophrastus verò ille Aureolus *Rami elegum, de Theophrasto Paracelsi.* Paracelsus, Germaniæ decus, ut loquitur Severinus, (qui in intimâ naturæ viscera sic penitus introierit, metallorum stirpiumq; vires & facul-

*Paracelsi  
sapientia.*

cultates, tam incredibili ingenti  
acumine exploravit ac perviderit,  
ad morbos omnes vel desperatos &  
opinionem hominum insanabiles pro-  
curandum, ut cum eodem nata pri-  
mum Medicina perfecta que videa-  
tur, uti in Orat. Basilea, scribit Ma-  
gnus ille P. Ramus) Balsamum, Mer-  
curium, Arcanum &c. illam mate-  
riam nobilissimam vocat: tam mul-  
tis foecundum hunc Naturæ Thesau-  
rum exornant artifices nominibus.

*Paracelsi  
dicitur illa  
Materia,  
Balsamus,  
Mercurius  
&c.*

*Ille Essen-  
tia corru-  
ptioni non ob-  
noxia.*

*Essentiam  
illam dari.*

Hæc in excellentiori quadam hu-  
miditate deprehenditur, quæ forti-  
tudine magna, iniuriis externis atq;  
impressionibus resistens, reliquis  
admixtis elementis corruptionem  
subeuntibus, etiamnum viget, &  
specierum signaturas, ad novorum  
individuum procreationes con-  
servat inviolatas. In hac rosa habitat  
hyeme.

Quam iam dictam materiam, sive  
Spiritus, in Natura dari, testatur  
etiam clarissimus ille Ioh. Bapt. Mon-  
tanus

tanus Veronensis, qui part. prim. *Montani*  
sua Medicinæ, sic loquitur: *testimonii.*

Latet ergo ille spiritus, inquit,  
quoniam operationes eius sunt oc-  
cultæ & non materiales.

Et ideo nonnulli crassioris dis- *Imperiti ne-*  
cursus & intellectus, malè etiam as- *gant illam.*  
sequentes principia Hippocratis &  
Galenì, negaverunt secundùm illos  
dari spiritum hunc naturalem: præ-  
cipuè cum viderint, & legerint, Ga- *Galenus no-*  
lenum quando in Therapevticis *ta.*  
dubitasse videtur, an detur ille spiri- *Negare il-*  
tus naturalis, quod tamen non ne- *lam Essenti-*  
gat, sed tantùm dubitat, & quare du- *am seu Spi-*  
bitet, alibi declaravimus. *ritum, esse*  
*negare prin-*  
*cipia Hip-*  
*poocratis &*  
*Galenì.*

Nihil autem est magis contra *Necessitas*  
principia Philosophiæ, contraque *illius in na-*  
principia Hippocraticæ disciplinæ, *tura.*  
quàm spiritum naturalem negare, si-  
ne quo, nec calor quidem potest ali-  
quo modo consistere, sive in simpli-  
cibus, sive in compositis, sive in ani-  
malibus, sive in anima carentibus,  
ut optimè asserit & probat Hippo-  
cra-

*Hippocrates defensor  
Sic Theophrastus  
Græcus.  
Chemicus  
nota.  
Educavit il-  
lam.*

crates, in suo libro de Flatibus. Theophrastus nihil frequentius proponit in omnibus actionibus & passionibus plantarum, quàm omnes causas, ad naturalem spiritum referendas esse; sed & Alchymici hoc noverunt experimento, qui per sublimationem, spiritum separant à crassis partibus, qui spiritus procul dubio naturalis est. Spiritus etiam in semine naturalis est, non tantummodo secundum Medicorum sententiam, sed Aristotelis etiam. Fœtus primò vivit vitam plantæ, & tunc spiritus ibi omnia peragit, antè etiam quàm cor generetur, saltem secundum Medicos.

*Aristoteles approbat.*

Sed hæc de Spiritu naturali satis, quantum ad præsens negotium attinet. Hæc Montani verba sunt.

Hunc spiritum naturalem, cui Montanus hic ex Hippocratis, Theophrasti illius Græci, Aristotelis & Chemicorum sententia, rerum naturalium omnium & generationum

&c

& corruptionum adscribit causas, *illa Essentia seu Spiritus antiquus vocatur.*  
 aliis etiam non fuisse ignotum Medicis antiquis, ex Galeno lib. i Introduct. cap. 9. patet, ubi hæc habentur verba:

Athenæus verò & Archigenes, *Vi Archigeni.*  
 spiritu solo ea penetrante tum naturalia consistere ac gubernari, tum morbos universos, hoc prius offenso, creari dixerunt. Vnde & *secta Spirituales hinc orta.*  
*πνευματικοί*, id est, spirituales, veluti, qui omnia spiritibus attribuant, nuncupantur.

Hanc sectam spirituales amplectum fuisse, aliasq; repudiasse Herodotum Medicum, Galenus refert, *Hanc olim complexus Herodotus Medicus.*  
 lib. i. simpl. Med. Fac. cap. 27. hisce verbis:

At ego, inquit, nec illud quoq; in illos addere gravabor, Herodotum alias sectas pravas reputare, præter eam, quæ spiritibus omnia tribuit (*πνευματικὴν* Græci vocant) Hæc Galenus.

Totus hic spiritus est suapte natura *Spiritus illius quæ natura.*

*Spiritus illi  
in quatuor  
est.*

tura lucidus, calidusq; & humidus, atq; vivificus; ex dotibus animæ superioris, dotes eiusmodi nactus, ut loquuntur Philosophi Platonici.

Vnde, & ad quid generetur, tumque in quo hic spiritus primariò latitet Subiecto, secretioris Philosophiæ non ignotum est studiosis.

*De hoc Fer-  
nelii ante  
audita est  
sententia.*

Summi illius, qui adductus fuit antè, de quo spiritu, Fernelii quoq; audita est sententia.

*Spiritus ille  
qui est om-  
nis sanatio-  
nis author,  
fundamen-  
tum est Che-  
mica artis.*

Quapropter cum foecundus hic Naturæ thesaurus, in Natura à DEO Ter. Max. collocatus, totius Medicinæ, ut antè ex Hippocrate, Theophrasto Græco, Montano, ut & aliis relatum & auditum est, purus & solidus sit nucleus, suæq; Medicinæ cum, tanquam solidum quoddam substernant fundamentum Chemicis, qui nobilissimam suam artem, cuius beneficio, tuta, efficacia & iucunda præparant Remedia, patrimonio ditant atq; amplificant amplissimo; quid est, cur artem illam nobi-

nobilissimam Alchemisticam, aut cultores eiusdem sedulos, omnibus devoveamus Diris? quid peccavit aut commisit misera? quod inventori laudi & honori, utenti verò usui & utilitati esse possit, in piorum & candidorum numero hominum, qui arrodant, quis est, qui inveniri velit?

*Chemica igitur reprehendenda non est.*

Etenim meditationem indagare, quæ ad artis opera interest, non solum Magno, non est vertendum in vitium, sed nec cuiquam, qui facultatem eam habet, siue hodiè is sit, siue à sexcentis annis nascetur, candidè olim lib. 3. de puls. Diff. cap. 1. referebat Galenus.

*Invenire nova omnibus concessum.*

Verùm falsæ opiniones, animos hominum præoccupantes, non solum surdos, sed & cæcos faciunt, ita ut videre nequeant ea, quæ aliis conspicuè apparent, lib. 8. cap. 1. de Comp. Med. S. L. dicebat etiam olim Galenus. Sed de his alibi plura.

*Falsæ opiniones quid efficiant.*

*Alchemia necessitas.*

*Alchemia opus, ut tu-*

Hanc ergò administrationē Chemi-

K

mi-



*na, iucunda  
& efficacia  
habemus  
Remedia.* micam, puri scilicet ab impuro se-  
parationem, pietatis & officii me-  
mores, ut tutò, iucundè & efficaci-  
ter curare possent, suscipere volue-  
runt Medici. Necessitatis fuit ratio,  
& quidem prima, quòd, uti relatum

*Quia Re-  
medis lin-  
serta vene-  
na, impuri-  
tates.* est antè, cum Metallis, Mineralibus,  
Vegetabilibus & Animalibus, ex  
quibus desumenda sunt Medicami-  
na, venenatas, corrosivas, deletèrias,  
contrarias, & repugnantes inesse fa-  
cultates scirent optimè, artem adhi-  
bere voluerunt illam, qua puro & fa-  
miliari naturæ humanæ relicto Bal-  
samo, pessimam rebus insertam abij-  
cerent cladem: ita ut loquitur Seve-  
rinus, ab arsenico venenum, mor-  
*tem Arse-  
nico, solitur  
venenum,  
pura & sa-  
lutari reli-  
ta Essentia* tem, impuritatem auferre possu-  
mus, puri relicta natura Balsami, hu-  
mano corpori salutaris & amici, cu-  
ius virtute plurimorum morborum  
radices subitò & citò tolluntur.

*Sic in Sul-  
phure,  
Mercurio.* Sic in Sulphure, sic in Mercurio,  
( licèt in hoc profundius admixtæ  
sunt ) adaptatione tamen illa Her-  
me-

metica, ut in cæteris quoq; tolluntur eadem impuritatum radices.

In agarico, colocynthide, hermodactylis, rhabarbaro, & reliquis, eadem liturgiâ artificiosâ, tolli possunt, ut testatur quoq; Severinus, Id. Med. Ph. cap. 12. Et G. Riff. part. 1. lib. de Destil.

*Sic in Agarico, Rhab. Colocynthi.*

Sic in plantis, levi interdum adhibita digestionem, saporum, odorum, & reliquarum ingratarum qualitarum tolluntur impressiones, quæ superficialiæ extiterunt, constanti & sinceræ proprietatum Radici non coherentes.

*Sic tolluntur sapor, odores &c.*

Deindè ante dicta illa materia, quam actionum omnium Philosophi statuunt fontem, cum mortalium coetus non posset ingredi nuda, ideò vestimentis, quibus se ab inquinato mortalium tueretur intuitu, si biq; destinata explicaret officia, vel, ut sentit Hippocrates, destinatam compleret sortem, opus fuit. Quæ ad carceres hosce nunquam decli-

*2. abscia-  
tur corpus,  
vestimentis,  
quibus illa  
distrahitur,  
est in optima  
sua spiritibus.*

K 2 naret

naret calamitosos, nisi mandato legis planè inevitabili esset decretum, vitæ, essentiæ, bonitatis vestigia, universis creaturæ partibus adesse debere!

*Metallo-  
lapides, Mi-  
neralia abs-  
que Chemi-  
ca prepara-  
tione, mor-  
tua, inutilia  
& nocua.*

Cùm etiam præsertim Metallo-  
rum & Gemmarum desideratæ pro-  
prietates, tam duris corporum con-  
tineantur carceribus, ut quam hu-  
manæ debent naturæ, benevolentia-  
am & favorem demonstrare neque-  
ant, (dum vires suas, sic ligatæ, exer-  
cere non possint) separationem quo-  
que instituerunt Hermetis Asseclæ,  
quò invisibilia, vestimentis detra-  
ctis, fierent visibilia; occulta, mani-  
festa; quieta, mobilia. Ex spiritibus  
enim produci corpora, & in spiritus  
resolvi corpora, iam dudum apud  
Philosophos receptum est.

*Metallo-  
Minerali-  
bus & lapi-  
dibus, opus  
quoque, in  
cure morbo-  
rum.*

Neq; enim plantarum vires, & a-  
nimalium dotes, omnium morbo-  
rum sufficiunt curationibus. Qua-  
propter Metallorum, Mineralium, &  
Gemmarum etiam vires, ne in vali-  
dis

dis morborum tincturis abigendis,  
longeq; diffitis eorundem mincris  
investigandis, velut cum gigantibus  
certamina viderentur instituisse  
Pygmæi, adducere decuit artifices.

Quæ certè in mundanam provin-  
ciam se frustrà venisse dolent, atque  
simul protervam atq; scelestam mor-  
taliū audaciam & temeritatem ac-  
cusant continenter, quòd tantarum  
prædestinationum planè immemo-  
res, ad quas admirandâ Naturæ de-  
stinabantur providentiâ, in peregri-  
nos & infames usus, ( dum scilicet  
impuritatem pellis, inscitiam men-  
tis tegere, dolosaq; avaritiæ, super-  
biæ & mortis ministeria subire co-  
guntur ) tantarum rerum commuta-  
rint Maiestatem.

Quæ tamè si in actum ex potentia,  
debita resolutione, reducta, atq; ad  
innoxios altioresq; fuerint transla-  
ta ordines, Regum occupabunt pro-  
vincias, atq; semimonarchæ in expe-  
diendis evadent negotiis, quod po-  
ten-

*Metallorū  
& Gemmarū  
abusus  
infames.*

*Ex Mine-  
ralibus, me-  
tallis & la-  
pidibus, ve-  
nibilissima  
per Alche-  
miam con-  
ficiuntur  
Remedia*

tentissimorum & multorum hostium  
insidiis, valida & celeri providentia,  
ob vegetam & vitalem planè spirituum  
copiam, occurrere, suæque sub-  
iectos tutelæ defendere cives, & be-  
nignè reficere eisdem valeant.

*Per Alche-  
miam puram  
& Astralis  
elicitur Es-  
sencia.*

Quapropter ob puri ab impuro il-  
lam separationem neglectam, nulla  
excusantur ratione medici:

Quæ tamen ubi instituitur, Me-  
dicamentorum solvitur compages,  
occlusa referatur firmitas: fordes e-  
liminantur, fecibusq; abiectis, astralis  
elicitur essentia, puraq; atq; salu-  
taris propinatur ægris virtus, in mi-  
nimas omninò, quæ supersunt, par-  
tes contracta: in quibus, quasi in ra-  
dicali quodam & spirituosò delites-  
cit humido; quæ debitis etiam ad-  
hibitis operationibus, vires acquirit  
divinas, ut scribit clarissimus ille  
Hieronymus Reusn. de Scorb. Ex-  
erc. 7.

*Unita vir-  
tus, fortior  
est dispersa.*

Certè unita virtus, fortior est dis-  
persa, ut Philosophus inquit: Feces  
autem

autem Catillis aliquot vincunt Essentiam, teste eodem Hieronymo Reus. de Scorb. loc. cit.

Hinc efficacia, quæ uni inest libræ, in paucas contrahitur dragmas, ut loquitur Valerius Cordus, de Extractis, cap. 2.

*Corporis est  
moles maxi-  
ma, virtus  
vero quan-  
titas exigua*

Quod Ioh. Fern. Ambianus, nobilissimus ille Medicus lib. 4. Meth. cap. 10. approbat, ubi docet, qua ratione per artem Chemicam, ex stirpibus, lacrymis & Resinis, atq; etiam Metallis, fit eliciendus liquor, tumque extrahendum oleum, ubi dicit, Quod ex pulveris libra dimidia, vix puri & sinceri olei, possit elici uncia. Hinc Caryophyllorum uncia sedecim contrahuntur in unciam unam & semis, aut duas: Cinnamomi, in dragmas duas, aut tres, una sem: ut de destillatione refert Valerius Cordus: Sic Chymici, in libra una Rhabarbari, semissem tantum, qui alvum moveat, reperere, loco cit. inquit Reusnerus.

*Chemica  
preparatio  
necessaria  
illis.*

K 4 Qua

*Qui volunt  
curare tuto,  
citò & iu-  
cundè.*

Quæ certe Medicamentorum præparatio, Medicis omnibus, qui ἡσυχῶς, καὶ ταχέως, καὶ ἀσφαλῶς, hoc est, iucundè, citò & tutò curare volunt, maximè necessaria est, ut idem testatur Reusnerus L. C. Etenim rerum Essentiis perfici omnia, antè dictum est.

*Rerum Es-  
sentiæ agunt  
non cortices  
non filiquæ.*

Cortices verò & filiquas non gignere, apud Philosophos quoque receptum est.

*Alimenta  
requirunt  
præparatio-  
nem.*

Sic tellus, inquit antè laudatus Reusnerus L. C. gignit quam plurima, quæ cruditate nocent graviter, & lædunt insigniter; quæ tamen separatione, concoctione, ignisq; beneficio mitigata, humanæ Oeconomix redduntur convenientiora.

Sic ab acere robus, longa secernitur trituratione. Furfur à polline, mediocri primùm, spissiore deindè excutitur cribro: Pollinem sic mundificatum, fermentamus, digerimus, digestum coquimus, & coctum mandimus: mansum in triplici humanæ Occo-

Oeconomizæ furno, recoquimus, ubi nutritura corporis partes materia, omnibus, quibus antè involuta fuit vestimentis, & signaturis externis *Spirituali* depositis, purissima & spiritalis eva- *Essentia* dit essentia, quæ naturæ humanæ a- *Sola nutrit.* micissima, deperditam possit resarci- repartis substantiam: (ex spiritibus enim fieri corpora, antè dictum est) impuro ac foetido illo sulphure, urina, mucilaginibus tartariis, sudoribus atq; reliquis impuritatum generibus, ad suas ablegatis locustas.

Ex certè, non corporum, sed spiri- *Spiritus agunt, non corpora moles.* tum actiones & agendi potestates sũnt. Hi qui esuriunt, hi qui sitiunt, sunt: hi attrahunt, concoquunt, homogenea coagulant, heterogenea expellunt: hi sunt qui purgant, & qui corroborant; quò fuerint potentiores, eò velocius huiusmodi ab- solvent ministeria.

De alimento olim, lib. de Alim. dicebat Hippocrates: Alimentum *Alimentum est triplex.* primum est, quod alit: Nisi enim a- *Quod est*



*conversum  
in Spiritua-  
lem essenti-  
am.*

lere queat, nomine Alimentum est,  
non re. Illud est, quod digestum,  
maturatum atq; ab impuritatibus se-  
paratum in vapores conversum est

2.

*Est Ali-  
mento prox-  
imum.*

*Hoc nutrit  
obscure.*

Spirituales; à talibus enim vapori-  
bus, actionum autores vitales nutri-  
untur spiritus. Deindè Alimentum  
est illud, quod Alimento est proxi-  
mum. Hoc quidem nutrit, sed obscu-  
rè & æquivocè. In hoc digestio, &  
vera separatio absoluta non est.

3.

*Hoc futurè  
est Alimen-  
tum.*

Demum Alimentum est, quod  
futurum est alimentum. Hoc corpo-  
reum & subiectum primum existit,  
requirit digestionem, & resolutio-  
nem, atque etiam separationem.

*Sic remedia  
triplicia.*

1.

*Spirituales.*

De Remediis ratio eadem: Quæ-  
dam enim sanant; quædam veluti  
sanant; Quædã verò sanatura sunt.  
Etenim quæ corporum deposita gra-  
vitate, ad spirituum ritè transierunt  
familiam, morbisq; sunt consenta-  
nea, radicitus tollunt morbum.

2.

*Levis præ-  
parata.*

Vbi verò impuritates corporeæ  
& cruditates etiamnum relinquun-  
tur

tur, Naturæ hosti inimicissimo, morbo felices concedunt inducias, cum morbi non tollant radicem.

Corporea verò, cruda, incocta, <sup>Cruda, im-</sup> immatura, indigesta & non fermentata <sup>digesta.</sup> Remedia, planè sterilia sunt, cum nulla vitali perfusa sint facultate; quæ tamen legitimè ubi fuerint preparata, sanationis etiam absolvent officium.

Remedia ergò spirituales si in- <sup>Spiritualia,</sup> duerint naturam tincturarum vali- <sup>sunt Remedia nobiliss-</sup> diffimorum morborum, qualis est <sup>ma.</sup> pestis, Podagra, & aliorum, sicut Epilepsia (cuius causam spirituales <sup>Etiam in</sup> quandam essentiam, mole exiguan, <sup>morbis</sup> robore verò validam, olim lib. 3. <sup>maximè.</sup> cap. 7. de Loc Aff. statuebat Galenus) rutò, & citò, quin extirpent radices; dubium suboritur nullum; cum aliàs spirituales morborum illæ <sup>Corporea</sup> tincturæ validissimæ, crudis illis & <sup>& cruda</sup> incorporeis non obtemperent Re- <sup>Remedia</sup> mediis. Et sic in vanum adversus <sup>in morbis</sup> Iovem insurgent Gigantes: Verius <sup>magnis ad-</sup> <sup>hibentur</sup> <sup>frustra.</sup> cum

cum gruibus certamina instituent  
Pygmæi! spiritualibus spiritualia  
comparanda sunt, ut scriptura lo-  
quitur.

*Legitima  
Remedia  
ad morbos  
abigendos  
applicanda.*

Filiis esurientibus, atque panem  
petentibus, piscemne porrigimus,  
lapidemue, aut serpentem, aut fiti-  
entibus iisdem, potum acetum fel-  
le inquinatum, offerimus? Minimè!  
similia, familiaria, consentanea, atq;  
ex eadem petita familia, præbemus  
Alimenta; quæ si adducimus, desi-  
deratam restituimus confestim na-  
turæ quietem.

*In purgan-  
tibus obser-  
vanda eadē*

Quæ, ut in omnibus Remedio-  
rum generibus, sic præsertim in pur-  
gantibus, observanda veniunt, quàm  
diligentissimè, quemadmodum sum-  
mus ille Philosophus & Medicus  
suæ Id. Med. Ph. cap. 12. testatur Se-  
verinus, sequentibus verbis:

*Severini  
testimonium*

Morbos deindè non multos, in-  
quit, sed paucos vidimus, obtempe-  
rare actionibus harum proprieta-  
tum, Itaq; coniunximus & correxi-  
mus.

mus, non communi ista Methodo, contendantur, misceantur, fiat pulvis; Neq; recipe radices, flores, semina, fructus, cortices, aromata, decoquantur secundum artem, fiat Apozema: nec infusione simplici & expressione; sed alia ratione, de qua sequenti Capitulo dicemus. Itaq; quæ debiliora erant, frustra in morbis omnibus gravioribus adhibebantur. Quæ verò validiora, quamvis sæpè opem tulerint, nihilominus, quia Symptomatum, perniciem & virium deiectionem, semper fugiendam, adduxerunt, ab usu eorum destitimus.

Aliam deinde rationem purgantium quæsiimus, in quibus non deiectionum numero, vel copia, facultatum potestatem & præstantiam æstimavimus, sed ubi morborum radices, impuritatesque ablatas, ex symptomatum remissione & virium restitutione, animadvertissemus, officium absolvisse hæc Remedia iudicavi.

*Neq; Pulveribus comparandum.*

*Neq; decoctionibus.*

*Valida purgantia cruda, symptomata inferunt gravia*

*Quæ purgantia optima.*

cavimus, five absoluta consumptione, five sensibili excretionē, impuritates tollerent, five urinas, five sudores, vel deiectiones moverent.

*Diaphoretica.*

*Diuretica.*

Eadem ratione, diuretica & diaphoretica quæſivimus (non enim per alvum excerni volunt omnium morborum impuritates) & ſimiles differentiasprehendimus. Hæc Severinus.

*Sic confortantia, corroborantia, debent esse pura spiritualia.*

Idem de Remediis confortantibus, corroborantibus & c. intelligendum est si enim corroborare, confortare, regenerare, exhilarare & c. debent, quis est, qui credat, quod illæ operæ, impuris, crassis & indigestis illis Remediis, cum sint spirituum vitalium officia, in actum deduci possint?

De cæteris Remediorum generibus iudicium esto idem.

*Remedia Chemica non opus habent Directoriis.*

Neq; in illis, quæ dicta iam fuerunt, Remediis Hermeticis, de Directoriis sollicitudo teneat nos ulla.

Demonstratum enim à nobis superius est, quod sicut omnes, quæ in humana-

humana liguigia perficiuntur actio- *Remedia*  
 nes, à spiritibus spiritualibusq; pro- *agunt ratio*  
 cedant tincturis : ita Remediorum *ne spiritua-*  
 operationes, ex spiritibus spiritua- *in faculta-*  
 liumq; vitalium oriantur potentius :  
 In his dona, rationes, potestates, &  
 scientiæ vigent, quæ non temerè e- *In illa sunt*  
 rumpunt in nervum, sed valida & vi- *scientia.*  
 tali plapè potestate, infallibili in-  
 structa scientiâ, ad desiderata festi-  
 nant obeunda mînia.

Documento sunt, tam variæ do- *Destinatio*  
 norum explicationes; tanta est ho- *ad rem sua*  
 rum potestas, ut si resolvendi, evacu- *explicanda*  
 andi, vomitiones, alvi excretiones,  
 urinas, sudores, menstrua promo-  
 vendi, aut spiritus clarificandi, ro-  
 burque membris addendi, sive alia  
 quæcunq; perficiendi, habuerint sci-  
 entiam, quousq; fatalem suam com-  
 plexerint sortem, ab actione certè  
 non desistent.

Quæ quidem faciunt, nesciunt,  
 quæ verò faciunt, scire videntur, &  
 quæ quidem vident, non cognoscunt.

Et

Et tamen his omnia necessitate divina contingunt, & quæ volunt, & quæ non volunt, ut sentit egregie Hippocrates, lib. 1. de vict. Rat.

*Est admiranda Natura à Deo indita potestas.*

Divinitatem igitur Naturæ, hæc certè venerari iubent omnia. Ea enim est scientia perfecta, potestate plena, quam in natura clamant & confitentur creata omnia. Sic Iovis omnia plena.

*Natura à nemine doctæ.*

Hæc illa est scientia, ob quam Hippocrates olim, lib. de Alim. Naturam dicebat ἀπαίδευτος, hoc est, à nullo edoctam. Sibi enim sufficit, teste eodem Hippocr. L. C.

*Est Natura lumen.*

Hoc, inquam, Lumen Naturæ est, toties à Paracelso illo Magno Theophrasto decantatum.

*Sic sibi destinata officia complet.*

Quapropter ad cadavera si congregantur Aquilæ: si occasum Sol equus si præsepe, avis si nidum novit, ferrum Magnete tinctum si demonstrat septentrionem, si consentanea consentaneis, domestica domesticis, naturali sese applicant de

fide

fiderio; Spiritus & rerum rationes, *Spiritibus*  
 quarum, oculis & certis radiorum *omnia per-*  
 applicationibus, nihil occultum esse *vis.*  
 potest, in morborum investigandis  
 mineris, sive locustis, Directoriis,  
 tanquam ductoribus & inquisitori-  
 bus, non destituentur.

Quid? Spiritibus quis quæso po-  
 terit obfirmare fores? consensum  
 certè & naturæ conspirationem Hip- *Omnia illis*  
 pocrates ubiq; celebrat, affirmans, *patent.*  
 nullam viam Naturæ, quæ morbo-  
 rum est Medicatrix, esse difficilem,  
 patere omnia, etiam per ossa fieri  
 abscessus.

Verùm humana ingenia affecta  
 sunt ita, ut, ubi corporei & visibiles  
 agendi desiderantur modi, virtutem  
 ibi, potestatemq; naturæ protinus  
 arbitrentur silere.

Quam Naturæ quis tunc admira-  
 bitur confluentiam, harmoniam &  
 consensum, ubi societate Naturæ a-  
 micè conspirantia, inspexerit, at-  
 que invisibilem naturæ eiusdem

L                      verit



cognoverit Lithurgiam.

Ita enim Naturæ magis, magisq; suspiciet scientiam, atq; per omnia diffusam, magna cum pietate confitebitur sapientiam, ut loquitur ibidem antè allegatus Severinus.

*Dosis, in  
Chemicis  
Remedijs,  
potest haberi  
certa.*

Neq; de Dosi, desideratæ antè dictæ proprietatis, Hermetis Parastatæ venere in dubium unquam; cum illam ipsam legitimâ, hoc est, Chémica adhibita arte, possint habere exactissimam.

Etenim, ut antè allatum atq; probatum simul sæpius; spiritus ille naturalis, Balsamus &c. ut omnium actionum naturalium, sic etiam sanationis autor est, quem ex re naturali qualibet certa, ubi extrahunt integrè & purè, intelligentiâ magnâ, circumspèctione summa, atq; certitudinis iudicio maximo, pro ratione morbi, ægri, atq; reliquarum, quas legitima medendi præscribit Methodus, circumstantiarum, Medici exhibent mortalibus.

De

De qua Doseos ratione, plura tractabuntur alibi.

Quapropter, firmissimis adductis *Conclusio capituli.* demonstratum esse rationibus hactenus arbitror, quod Alchemia non erronea, multo minus ars sit pestifera; cum illius beneficio venenum à Medicina, purum ab impuro, atq; cortex legitimè secernatur à nucleo.

Neq; ignobile & vulgare quid sapiat solum, cum in Regum, Principum atq; aliorum etiam illustrium virorum fuerit potestate. Multò minus novam & recens inventam quispiam, possit aut debeat appellare artem, ut iners atq; simul imperitum existimat vulgus, cum à primis Patribus illa inventa, à Chaldaeis vicinisq; Arabibus, atque Aegyptiis ex-culta, & dein à Græcis, Romanisq; per filios doctrinæ, hoc est, discipulos, tradita, atque tandem ad nos *Ergo Alchemia non ars nova.* *Et si nova, & tamen vera, quid officeret veritati.* fidelata.

Novitatem igitur quis accusabit?

L 2 iure:

iure: quæ tamen si esset, num quid illa officeret veritati? Verius ne Poëta,

*Horatii  
testimonium*

*Quod si tam Græcis novitas invisa fuisset  
Quàm nobis, quid nunc esset vetus, aut quid  
haberet,*

*Quod legeret, tereretq, viritim publicus usus?*

Sententiam auream atque planè verba aurea, in hanc sententiam, Philosophus & Medicus longè clarissimus, in Præfat. lib. de Caus. Rer. Abd. ad Henricum, Franciæ Regem

*Fernelij  
testimoniū  
incompletissi-  
mum.*

profert pluribus, Iohan. Fernelius, quæ huc ut adducantur, non est extra negotium: Non paucos idcirco esse, inquit, qui medendi artem, veterum labore inventam, satisq; consummatam rati, non ultra progredi

*A medicis  
non dum co-  
pleta.*

*Ut quidam  
mōtiantur.*

contendunt, velintq; posteros omnes, uno quasi filo deductos, iisdem semper vestigiis insistere, de quibus nefas sit, vel transversum (quod a- iunt) ungvem decedere. Viam illi prorsus obstruunt inveniendis novis, & eos impudentiæ graviter ac-

cu-

cusant, qui in eo omne studium collocarunt, ut, aut novum quidpiam conderent, aut traditas ab antiquis artes, iam quasi vetustate collapsas, fulcirent, aut illis adderent, quæ partim diligentia, partim ætate essent progrediente consecuti, & quæ temporibus magis, quàm scriptoribus, defuerunt.

His ex causis, ab hac editione deterreri poteram, omniaq; lubens silentio obruissem, nisi quæ de re Medica seorsim à nobis traduntur, hanc quasi interpretationem desiderarent, sine quibus & obscura illa manerent, & non satis tuta, ab improborum voce.

Cæterum si hanc vetustissimi Philosophi viam tenuissent, ut semper maiorum pressis vestigiis, intra eodem terminos subsisterent, neq; penitus in intimam naturæ cognitionem penetrarent, demersa adhuc lateret in multis rebus veritas; & vix dum ullum, in abdita naturæ scien-

*Antiqui  
auxere anti-  
quorum  
scripta.*

*Progressi  
aliterius.*

tia lumen effulisset. Si omnem laborem posteri collocassent, ut eas solum artes & disciplinas exædificarent, quarum fundamenta priores iecerant, nunquam tam multâ disciplinarum copiâ crevissent. Si, quæ in veterum mentem non venerant, iuniores non aperuissent, neq; illorum industriam suis vigiliis excitassent: nova ingeniorum lumina minimè lucerent.

At quoniam Philosophis alia via, aliaq; studiorum ratio placuit, neq; obrectatorum lingua, neq; veterum ornata gravitas, & amplissima autoritas posterorum quenquam à scribendo deterruit: Omnes certatim sic elaborarunt, ut ætates propè singulæ magnam & autorum novorum & artium copiam profunderent.

*Omnes artes  
crevere.*

Atque interim, ut de hac nostra sincere loquar, disciplinæ & artes, quæ annis propè mille ac ducentis sepultæ fuerant, aut quæ veriùs extinctæ

tinuè occiderant, iam planè revixerunt, pristinum, ne dicam maiorem, splendorem adeptæ, ut nihil ferè docto illi seculo debeat hæc ætas invidere.

Dicendi ratio, summaq; eloquentia nunc passim florescit, philosophiæ genus omne excolitur, Musici, Geometriæ, fabri, pictores, Architecti, sculptores atq; artifices innumeris, sic mentis aciem extulerunt, ut artes quique suas præclaris magnificisq; operibus exornarint, quæ vetustioribus, uno omnium ore celebratis, nihil cedant.

Neque inventis solum ornamenta & incrementa adiunxit temporum excursio, sed & artes novas protulit, ad quas priorum nunquam vel ingenium vel industria penetraverat.

Demetrium admirata est antiquitas, atque ab reperta Machina quadam bellica appellavit obsessorem.

*Omnes artes iam florescunt.*

*Novarum artium inventio.*

L 4 Quan-

Quantò ampliore nomine donandi nobis sunt hoc seculo machinarū inventores, quibus ab ardenti quasi bombo, nomen bombardarum est inditum, quæ, Dii boni, quantò vel balistis violentiores, vel tormentis rapidiores, vel catapultis concitatiores feruntur? Arte librorū Chalcographica quid utilius, ad omnium disciplinarum propagationem? At illam protulit nostra hæc ætas, ut & paulò superior, cera, corticis, aut papyri vice, chartam hanc, quam Fabianam primi appellarunt: atque istorum ope, in tantum fastigium evectæ sunt literæ.

Quis ignorat, non tam novarum rerum desiderio, quàm navigandi peritiâ, classe perlustratum Oceanum? repertas Insulas? Imminos Indiar recessus apertos? Maximam continentis ad occiduum partem, quam indè novum orbem appellant, priscis ignotam, nostris magno suo commodo cognitam fuisse? Hæc ut cuncta

cuncta Astronomica, Platoni, Aristoreli, vetustioribusque Philosophis non satis perspecta, Ptolemæus deinde plurimum auxit & illustravit: qui tamen si nunc redeat, Geographiam non agnoscat, adeò novus orbis inductus videtur, seculi huius navigatione.

Ad quam nos, non dico adiuventum attulimus, certè excogitavimus, horarum æquinoctialium observatione, qua ratione, quacunque sis orbis regione, illius eam possis intemoscere, quam Geographi appellant, longitudinem.

Quod quidem de fontibus antiquorū non hausimus, sed de nostris rivulis primi (ni fallor) protulimus.

Te quocunque veritas cogitatione intelliges non decoxisse posteros, sed erecto ad contemplationem intentoque animo, hæreditatem veterum artium ampliassse, & induxisse novas.

Quid igitur, inquiunt, non esse  
L 5 huius



huius nostræ ætatis, novum quidquam præstare posse? Incomprehensarum rerum immensa est multitudo, & multò maior, quàm quæ possit unquam percipi.

*Industria  
quilibet no-  
va invenire  
potest.*

Nulla autem ratio afferri potest, cur ingeniorum laus sit inferior nunc. Quid est igitur, cur aliquis hanc ætatem tam inclementer damnet, ut ex tanta rerum copia nihil queat attingere?

Quis hoc seculum tanti in simulet stuporis, tantæ tarditatis, nihil ut novum cudere possit, nullarum artium afferre proventum? Quisquis mentis valens acumine, inertiam non torpebit, sed ad res cognoscendas, tempus diligentiamque sumet, poterit orbitam eandem cum veteribus terere, & in eiusdem industriæ curriculo versari, & illorum observationibus adiutus, inventis artibus magna addere incrementa, & nova condere multis profutura.

Sic enim alia ex aliis trahi solent,  
&

& ex angustis fontibus, per ampla flumina derivari, tantaq; est artium & disciplinarum series, ut apta ex sese omnia & connexa videantur. Si liberè, quod sentio, dicere licet, dicam & quidè paucis: tam peccant, qui à veteribus pervestigata omnia comprehensaq; esse contendunt, quàm qui eisdem primam rerum cognitionem detrahunt, illosq; de veteri doctrinarum possessione deijciunt.

His constitutis velim ex æquo & bono accedant nobis honorarii arbitri atq; disceptatores, qui malo invidiæ puri, & profectus & consilii mei rationem colligant, ac iudicent: nec enim tantum ipsi mihi tribuo, ut fidem haberi velim præiudicatæ meæ sententiæ.

Qui primi inter veteres admirabili quodam ad Philosophandum studio se contulerunt, in naturæ angustias, & quasi in carceres deducti, eò se revocarunt spacia, ut solis mundi

*Non solus  
Mundi Ele*

Ele.

*mentis in-  
herendum.*

Elementis perpetuò inhærentes, nimisq; materiæ dediti, longè intra modum constiterint.

*Græci ab  
Ægyptiis  
natura arca  
na didicerunt*

Alii deinde erectiore animo, suis non contenti finibus, ad Ægyptios (quibus cum Chaldæis & Hebræis frequens erat commercium) commigrarunt, à quibus divina non pauca, per umbram duntaxat caliginemq; percepta retulerunt.

His suam postea Philosophiam, tanquam variis respersere figmentis, & quadam impietatis labe inquinaverunt. Vnde accidit, ut tum, vel rudis, & materiata nimis fuerit Philosophandi ratio, vel si divinū quippiam attigisset, inconstans ac prorsus incerta.

*Cum luce  
Evangelij  
multa nobis  
revelata.*

Nunc verò, quando DEI Opt. Max. beneficio, nobis per Christum lux ipsa veritatis affulsit, multa nobis sunt simul divinitus allata, à veteribus animo non integrè percepta.

Quis nostrum immortalitatem animæ, domicilium, vim, naturam-  
que

que nescit? Quid porrò inter Philosophorum greges magis controversum, aut diuturnioribus contentionibus exagitatum? Ordines coelestes, & illam supernæ civitatis descriptionem, quis veterum sapientum subodoratus est? Hæc autem, si iam cunctis patent mortalibus, quis etiam non intelligat, multa esse in Philosophia, extra Elementorum ordinem prorsus abstrusa, & naturæ arcanis involuta, quæ neq; oculis, neq; auribus, neq; ullo sensu apprehendi possunt? horumq; non mihi modò, sed & nostri ordinis nominisque cuilibet notio-rem, quàm Ethnicis Philosophis esse debere? Video posteriores illos Platonicos, Numenium, Philonem, Plotinum, Iamblicum, Proclum, quicquid de divinis rebus magnificum attigerunt, illud à Christianis viris Iohanne, Paulo, Hierotheo, Dionysio furtim excepisse: ut inde abstrusa Platonis dicta clarius, lucidiusq; interpretarentur,

&

*Quæ Elibri  
en fuerunt  
abscoudita.*

& in verum sensum deducerent.

Nobis verò non similiter liceat

*Hippocratis  
sensa inter-  
pretari licet*

Hippocratis sensa nunc apertius re-  
rare, ut vetus medendi ratio suscipi-  
at incrementum: Affigemurnè per-  
petuò his caducis? Nunquam hunc  
concretum crassumq; aërem per-  
rumpemus? Nunquam ex hoc te-  
nebroso mentis carcere, in perspi-  
cua lucem evolabimus? Nunquam  
abducto per meditationem animo,  
divina abstrusaq; contemplabimur?  
Hæc Fernelli verba sunt.

*Ignota in-  
vestigare li-  
cet.*

*Galenus testi-  
monium.*

Meditationem indagare, quæ ad  
artis opera interfit, non solum ma-  
gno, (Medico veteri) non esse ver-  
tendum in vitium, sed nec cuiquam,  
qui facultatem eam habet, sive ho-  
diè is sit, sive à sexcentis nascetur an-  
nis, antè ex Galeno allatum est.

*Qui possit  
investigare  
nota.*

Verum homini, inquit Galenus  
lib. 12. Meth. cap. 15. qui prudens  
sit, & diligens & mente exercitatus,  
ipsa rerum natura, quid agendum  
sit, suggerit. Vbi etiam inveniendi  
viam

viam ab alio quis traditam ceperit, huic facilimum est per eam ultra progredi.

Huius rei amplum testimonium *Quoniam* fuerit, quod eiusmodi viri artem maximis operibus illustrarunt. Qui verò parum sunt prudentes, ii nihil præterea invenient, etiamsi totâ vitâ infinitos artis effectus conspexerint.

Plurima namq; inveniuntur hodie, quæ apud maiores nostros non *Galenus tempore multas inventas.* fuere inventa: Veluti nunc Romæ quidam excogitavit, quemadmodum Acrochordones & Myrmecias ore sanet. Hæc quoq; Galenus.

Quapropter hæc, cum ita se habeant, nulla adferri potest ratio, cur Hippocratis, (cuius scripta profundissimarum cogitationum & multijugæ experientiæ thesauros continent rarissimos, quos à suo præceptore Democrito, qui in Ægypto, ut referunt historæ, audivit sapientes, quin hauserit, non est dubium) ornata

*Ab inuesti-  
gatione ig-  
nota, nec  
Hippocra-  
tis, nec Ga-  
leni, nec al-  
terius debet  
quenk; un-  
quam abster-  
gere autori-  
tas.*

nata gravitate; aut Galeni, (qui non tantum exoptat, verum etiam magnifico Alchemiam exornat elogio, communemq; , ut & Hippocrates, cum illa, in morborum curationibus, ut patet, habet scopum) auctoritate amplissima, invidia atq; inscitiae malo atque labe infectus atque confectus, de antiquissima & legitima doctrinarum possessione, Alchemiam, quis conetur deijcere?

*Galeni au-  
thoritate so-  
la nemo se  
defendere  
nec potest,  
nec debet.*

Turpe certe est, ex Hippocratis, Galeni, aliorumque praestantissimorum virorum vigiliis, laboribus & observationibus, socordia & ignorantiae suae turpia quærere patrocina: turpius, libertatem iudicii, servitute amisisse; turpissimum, salutaribus inventis frugibus, putridas devorare glandes.

Libertatem ingenii, naturae lumen, inveniendi, discernendi, iudicandi facultatem, hominibus homines eripere non debent. Deceret potius, pietatis & officii esse memo-  
rem,

rem, humanæ libertatis repetere memoriam, & calamitatum præsentium æstimare necessitates.

Deindè, ad contemplationem causarum & proprietatum accedere Naturæ, neq; ullis difficultatibus, laboribus & sumptibus, à tã felici abs- *Investiganda, ob salutem humanam omnia.* terreri provincia; quo altiora Remedia, potentioresq; medendi rationes, laboribus indefessis atq; vigiliis assiduïs, magna mortalium investigaret utilitate.

Quid multis? Nec Hippocrates, nec Galenus, ubi pessimè à nobis fuerit actum, extremi iudicii die, à divina nos vindicabunt ira.

Quapropter ita! prospiciat sibi quisque, ne suæ conscientiæ gravem quandam inurat labem, atq; ita sua præparet Remedia, ne aliquando, & Dei & Iustorum omnium, se æternum privatum sentiat consortio.

Verùm cum argumentis fide dignissimis sit probatũ hætenus, quòd *Conclusio.* Alchemia non tantum ars sit ve-

M                      rustis-



tustissima atq; nobilissima; verum  
etiam illud sit instrumentum uni-  
cum atq; legitimum, quo dicta illa  
rebus pessima indita labes, tolli pos-  
sit, ut tuta, iucunda & efficacia, ubi  
nec opus Directoriis, & in quibus  
certa, quæ omnium debet esse ex-  
actissima, potest haberi Doseos ra-  
tio, præparentur Remedia.

*Propositio  
dicendorum*

Iam cur, & à quo illa sit orta, atq;  
rebus naturalibus inserta labes ma-  
ligna; tumq; quòd purgantia atque  
Remedia Alterantia, non careant  
pestifera eadem qualitate, solidis,  
cum sacris, tum profanis innot-  
scet argumentis. Primum  
igitur sit



C A-

CAPVT TER-  
TIVM,

QVOD

*Veram & antiquam illam Veneni, im-  
puritatis rerum naturalium, & præser-  
tim purgantium & Alterantium Remediorum  
scaturiginem, ex vero & antiquo illo, sacra nimirum  
Scriptura, scientia solida fonte hau-  
stam, monstrat dilucide.*

**N**ULLIVS creaturæ tanta Nullas ho-  
minum of-  
ferre, nedum  
excogitare  
posset, spec-  
tatum ma-  
gnitudinem  
atq; origi-  
nem.  
fuit ingenii acies nulla exco-  
gitandi aut iudicandi tanta,  
vis, tantaq; facultas, quæ non dicā in  
lucem proferre, sed enarrare potuif-  
set, perennem illum, quo jam irriga-  
ta & penè suffocata videmus omnia,  
malorum fontem; ut ita difficile ef-  
set intellectu, quo pacto, quæ vera-  
tione, in sanitatis, vitæq; Rep. illa il-  
lustrissima, morborum, mortisque  
colonix indebita sua invenissent  
hospitia, nisi infinita ipsius potestas,

*Nisi ipso  
Deus patro-  
fecisset.*

M 2 in

in Cœlo solium qui firmavit suum,  
 & imperio suo regit omnia, nisi, in-  
 quam, ille, qui quum iubet sunt,  
 quum præcipit, constant res, ab hac  
 nos liberasset dubitatione: utcunq;  
 etiam alii, rem nobis ut enodarent,  
 omnem moverint lapidem quàm  
 plurimi, & tamen saxum in vertice  
 collocare non potuerunt; Ex quibus  
 Platonici, si huius intellexissent con-  
 fusionis mixtionem, toties innoxia-  
 am non accusassent materiam: Ean-  
 dem si olfecisset Aristoteles, in pri-  
 vationum non fuisset submersus pe-  
 lago.

*Et hinc, ma-  
 lorum fonte  
 ignoramus.*

*Et falsis  
 principijs  
 verum in-  
 veniri ne-  
 quit.*

Quid? Verum ex principiis falsis  
 inveniri non contingit, teste Gal. lib.  
 3. de Cris. cap. 8.

*Omnia licet  
 creata pura  
 & salva:*

Etenim licet Elementa, Firma-  
 mentum, Aër, Aqua & Terra, pri-  
 maq; rerum semina, pura, integra,  
 sine imbecillitate, corruptione &  
 morte, virtute verbi illius, cuius pe-  
 dibus subiecta obtemperant univer-  
 sa, sint creata omnia; ob Protoplasti  
 tamen

tamen prævaricationem, maledictione divina, Elementis, primisq; illis rerum seminibus, novæ supervenerunt tincturæ, potestas atq; potentia, quarum mixtione, in sortem calamitosam transplantata est totius creaturæ, quæ vanitati est subiecta, pulchritudo.

Certè virtute sua ab æterno qui imperat, stellas in firmamento qui posuit, mari terminum qui collocavit, pulchritudinem terræ, foecunditate plantarum qui ornavit, annum suis qui coronat bonis, potestate planè incomprehensibili, spinas atque tribulos, prævaricationis comites adiunxit individuos idem, qui radices in abyssis, atq; temporum prædestinationes acceperunt, in ævi consumptionem duraturas.

Perturbata hinc atq; confusa omnia: Hinc infecta atq; labe contaminata omnia:

— Hinc lolium tribuliq; fatigant  
Triticeas messes, & inexpugnabile gramē.

*Et lappa tribuliq; interq; nitentia culta  
Infelix lolium, & steriles dominantur are-  
Quid multis?* (na.

*Ille dies primusq; lethi, primusq; maloru  
Causa fuit,*

ut verissimè cum Poëta loquar.

*Maledictio  
illa omnia  
perturba-  
vit.*

Etenim peccatum sequitur maledictio, maledictio autem mutat res, ut ex optimis fiant pessima, inquit

*Lutheri  
testimonium*

D. Luth. Comm. in Gen. cap. 2.

*Omnia illa  
abe inquit  
nata sunt.*

Aquâ divini maledictione, si Elementa, si Elementorum semina, si Hominem, si bruta, si stirpes, si lapides, si mineralia, si metalla, si stellas deniq; ipsas liberabimus, DEO, naturæ ac nobis ipsis, inferemus iniuriam, certè non levem.

*Jobi testimo-  
nium.*

1.

Quid est Homo, inquit Iobus, cap. 15. ut immaculatus sit; & iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & Coeli non sunt mundi in conspectu eius: quantò magis abominabilis homo quoq; bibens; sicut aquam, iniquitatem?

2.

Et cap. 25. idem refert Iobus dicens:

dicens: Numquid iustificari potest homo coram DEO, aut appareat mundus, natus de muliere? Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius; quantò magis Homo vermis, & filius Hominis vermis? Hæc Iobus.

Ex quibus omnibus, sidera etiam, *Sidera etiã infecta.* ob primam illam labem, sua non carente labe, intelligimus clarissimè.

Quare licet invenias, qui primâ illa labe expertia dicant sidera. Verum sacris illam repugnare sententiam, hætenus auditum est. Cui sententiæ ex sacris allatæ verissimæ, plura ex Philosophorum scriptis, quæ rem testimoniis, ex effectis deductis, comprobant luculentissimis, adde- rentur argumenta, ni ad alia magis necessaria festinaret oratio.

Neq; quæ dixi antè, fat illa. Vox etenim prima illa maledictionis durissima, cum cæde illius iniusti Caini; tumq; diluvio aucta, suos quoq; dein amplissimè extendit terminos, atque

M 4 ita

*Lutheri* ita, ut iam tota creatura sicut D. Lu-  
*testimonium* ther. Comm. in Gen. cap. 3. loqui-  
 tur, in omni parte nos admoneat  
 maledictionis per peccatum infli-  
 ctæ. Verùm,

*Damnosa quid non imminuit dies?*

*Ætas parentum peior avis, tulit*

*Nos nequiores, mox daturus*

*Progeniem vitiosiore,*

ut cum Flacco verissimè loquar.

Quapropter si rerum natura spi-  
 nis atq; tribulis, hoc est, omnis gene-  
 ris labe atq; impuritate, uti testatur  
 Moses, est inquinata; si, inquam, to-  
 ta rerum creatura *ματαιότης*, hoc  
 est, vanitati, est subiecta, ut Paulus  
 loquitur; qua ratione, quæso, à vene-  
 nata illa impuritate iam dicta excu-  
 sabimus Remedia? Primæva igitur à  
 Creatore, ob peccatum indita illa  
 labe non carere ipsa Remedia, ex  
 sacris constat.

Ethnicorum aliorumq; quoque  
 Medicorum Christianorum, qui rem  
 eandem suis experientiæ testimo-  
 niis comprobant locupletissimis,  
 iam

iam sequuntur documenta. Atq; hoc  
generaliter & specialiter. Et pri-  
mum quidem generaliter,

De quo sit



# CAPVT QVARTVM,

QVOD

*Venenatam, Malignam, Deletericam,  
Corrosivam & Impuram illam Reme-  
diorum qualitatem purgantium ex Ethnicis  
Christianisq; Medicis aliis adductam in  
genere collocat ob oculos.*

**Q**VAPROPTER, CVM <sup>Non verbis  
sed verum  
testimonium  
opus est.</sup>  
necesse sit, ut is, qui velit au-  
ditorem à pristina sua dedu-  
cere sententia, suisq; verbis firmam  
adhiberi fidem, ad ea, quæ pertina-  
citer adhærent animo, multa adferat  
argumenta, teste Hippocr. lib. 4. de  
Morb. in hoc argumento quoque <sup>omnia pur-  
gantia ma-</sup>  
confirmando, tam Græcorum Ara-  
M 5 bum-



*ignitate  
contamina-  
ta.*

bumq; quàm Latinorum, gratam adducam concordiam.

*Hippocra-  
tis testimo-  
nium.*

Inter hos igitur occurrat nobis primùm sacrae Medicinæ Antistes, ille maximus Hippocrates meritò, qui lib. 4. de Morb. in hanc scribit sententiam: Quæ Medicamenta, inquit, sursum aut deorsum purgant, hæc efficiunt: omnia valdè urunt, & ex his quidem valentia, si fortè mollem aliquam corporis partem attigerint, eam exulcerant. Leviora verò, turbationem in corpore excitant, quodcunq; vel leviter attigerint. Quod si aliquod ex his Medicamentis ad pulmonem veniat, magnū aliquod malum mihi excitare posse videtur.

Et lib. de Affect. ait Hippocr: Quæ verò Medicamenta bilem aut pituitam purgant, in iis periculum constituitur. & culpa in eos, qui curant, confertur. Hæc igitur maximè evitare oportet.

*Hippocra-  
tis monitum*

Atrocem hanc Remediorum purgan-

gantium vim cum inspiceret Hippo-<sup>salutaria, de</sup>  
crates, utilissima hinc inde sparge-<sup>adhibendis</sup>  
bat monita. Hinc 2. Aphor. 36. sic <sup>purganti-</sup>  
inquit: Qui inculcata sunt corporis <sup>bua.</sup>  
sanitate, dum per Medicamenta pur-<sup>Sani non</sup>  
gantia repurgantur, citò exolvun-<sup>purgandi.</sup>  
tur.

Et Aphor. seq. dicit: Qui benè  
sunt habitò corpore, ad Medicatio-  
nes moleste habent.

Hinc Veratrum iis, inquit Hippo. <sup>Veratrum</sup>  
4. Aphor. 16. qui sano sunt corpore, <sup>Sanis peri-</sup>  
periculosum esse. convulsionem c-<sup>culosum.</sup>  
nim inducit, quam ex veratro letha-  
lem esse testatur Hippocr. 5. A-  
phor. 1.

Quorum omnium rationes red-<sup>Galenus</sup>  
dit Galenus, Comm. 2. Et lib. Quos <sup>rationem</sup>  
purgare est. Vbi inquit Galenus: <sup>reddi.</sup>  
Tales homines si purgantur, dum  
sunt sani, vertigines & tormina pati,  
atq; difficulter illis procedere pur-  
gationem. Et præterea etiam celeri-  
ter exolvi.

Fieri autem hæc omnia, inquit  
Gale-

Galenus, purgatorio Medicamento, proprium quidem humorem attrahere appetente, ut flavam bilem, vel atram, vel pituitam, vel aquosam superfluitatem, quia verò iste non adest, sanguinem colliquat, ac carnes, ut ex ipsius, quod sibi proprium est, attrahat. Hæc Galenus.

Sic 4. Aphor. 5. ait Hippocr. Sub canis ortum, & ante canis ortum, molestæ sunt per Medicamenta purgationes. Nam & exusta, inquit Galenus, Comm. 4. in Aph. Hippocr. 5. tunc natura nostra, non fert eam, quæ à Medicamentis purgantibus provenit, acrimoniam.

*Hippocratis  
est consiliū,  
quo tempore  
utendum  
Purganti-  
bus.*

Hinc duplex inter alia Hippocratis est consiliū: Vnum 6. Aphor. 47. ubi inquit Hippocr. Quibus venæ sectio, & medicamentum purgans confert, iis vere venam secare, aut Medicamentum purgans exhibere convenit.

Alterum 2. Aphor. 9. habetur, ubi inquit: Cum quis corpora purgare

gare velit, ea ad fluxum benè comparata faciat oportet. Hæc Hippocrates. Eò nempe, ne convulsionem, singultum, aliaq; symptomata lethalia inducat purgans.

Quæ symptomata esse pessima & lethalia, testis est Hippocr. 5. Aphor. 4. ubi dicit Hippocr. Ex profusa purgatione, convulsio, aut singultus succedens, malum. Et 6. Aphor. 25. dicit Hippocr. Ex Medicamenti purgantis potione, convulsio, lethalis. Quæ autem illa sint Medicamenta, cap. dicetur seq.

*Convulsio  
ex purgan-  
tibus, Sin-  
gultus.*

Hinc quibus in morbis, & quibus non, lib. de vict. Rat. in acut. propinanda sint purgantia, docet Hippo. quæ ob temporis angustiam hinc omitterenda censeo.

Hinc quoq; 1. Aphor. 24. inquit Hippocr. In morbis acutis, raro & per initia Medicamentis purgantibus utendum, idq; diligenti antè adhibitâ circumspectione faciendum est.

Hinc

*Purganti-  
bus admis-  
cenda bene  
olentia.*

Hinc multis in locis, venenata hæc, deleteria & corrosiva Medicamentorum purgantium vis, ut corrigatur, Hippocrates admiscenda esse bene olentia scribit, ut ex lib. de Rat. Vict. in Acut. videre licet, ubi veratro daucum, aut seseli, aut cuminum, aut anisum, aut aliud quodpiam bene olens: peplo verò laseris succum, addere consulit. Sic ibidem quoq; inquit: Admiscetur etiam scilicet, sesamoides veratris, tertia portionis parte, ut minus suffocet.

*Sic post as-  
sumptam pur-  
gationem,  
adhibentur  
fomentatio-  
nes, pingua  
iura.*

Ad eorundem Remediorum pravorum correctionem adhibet etiam Hippocrates fomentationes, pingua iura & alia, ut ipsius testantur scripta. Hoc Hippocratis in genere, de purgantium natura, vi & efficacia, est iudicium.

*Galenii testi-  
monium.*

Galenii, quibus iam Hippocratis allegatam sententiam comprobatur, & illustratur, non desunt testimonia; qui Comm. 2. ad lib. Hippocratis, de Vict. Rat. in Morb. Acut. sic lo-  
qui-

quitur: Verùm præcipua, ne offendatur os, scilicet ventriculi, cautio est, si Medicamentum, quod propinatur, purum non sit, sed cum aliis, quæ malitiam ipsius hebetare nata sunt, temperatum mistumq;: nempe purgantium omnium Medicamentorum natura, corporum, quæ expurgantur, naturis contraria est, atque ut quispiam dixerit, lethalis & deleteria, id est, pestilens &c. Hæc Galenus.

*Purgantium natura deleteria lethalis & pestilens.*

Quapropter addit Galenus inquit: Quo item modo in horum Medicamentorum potu, seminum aliqua, quæ boni sunt odoris, miscemus, & quæ malitiam obtundere nata sunt, & operationem ipsorum non prohibeant, tenuandi, incidendiq; facultatem obtinentia. Ita ut & humores crassos incidant, & vias, quibus evocatio fiat, aperiant patefaciantque. Sic & à sumpto Medicamento ptisanam sorbere confert. Nempe purgans Medicamentum ipsum

*Corrigentia addenda.*

*Os ventri-  
culi læditur*

ipsum, tanquam exiguum sit, ad ventris quidem fundum pervenit : verum, dum transit, stomachus & quæcunque ventris sublimior pars, non qualiter Medicamenti purgantis modò, verum & substantiæ, quæ in transitu hæret, aliquid assumens, vehementer læditur.

*Galenus su-  
am senten-  
tiam confir-  
mat.*

Quam suam sententiam confirmat Galenus, in Comm. supra dicto, ubi sic loquitur : At cum purgantia omnia medicamenta ventrem præsertimque os ipsius, quod maximè tum nervosum, tum sensile existat, affligant lædantq; , ob id eorum, quæ boni sunt odoris, mistio excogitata est, ne sola sinceraque purgantium Medicamentorum virtus os ventris tangat Galenus hætenus.

*Purgantia  
vertuntur  
in venenum*

Sic lib. 3. cap. 24. de Simp. Med. Facult. inquit Galenus : Idcirco Medicamentorum purgantium, ubi fortè purgatione frustrantur, quædam in corruptionem, ac tanquam venenum vertuntur. Hæc Galenus.

**Rem**

Rem eandem totam quasi ob oculos collocat, vivisque depingit coloribus, lib. de ven. sect. ad ver. Erasistratum, cap. 7. idem Galenus, ubi hæc leguntur verba: Nam ubi dandum sit aliquod Medicamentum, si-ve deiectorium, si-ve vomitorium, seu urinarium, evacuativum, aut thoracis vel capitis purgatorium, horum scilicet omnium prima exhibitio in tuapotestate sita est. Cætera autem, fortuna administratice obtingunt.

Ingens præterea in propinationibus pharmacorum periculum est, cum vel non commoveretur purgatio, vel quod in alvum est attractum, non facile excernitur; vel cum dolore, morfibus, torminibus, refrigeratione, pulsum evanescentia, ac animi defectu exprimitur; vel cum corpus vehementer perturbatur, interimq; paululum admodum evacuatur, aut vacuatio modum excedit. Hoc enim ipsam, tanquam omnium malorum extremum, in hac

*Ingens periculum, ubi non commoveretur purgatio.*

*Ubi purgatio modum excedit, cum*

N parte



*cedit extre-* parte frequenter contingere solet :  
*mum immi-* Neq; enim, ut venæ incisæ fluxum,  
*nes pericu-* quem superimposito digito mox  
*lum.* sistes, sic profluvium alvi tibi sistere  
 licebit. Hæc quoq; Galenus.

Sententiæ eiusdem testimonia  
 apud Galenum, lib. Quos purgare  
 &c. habentur clarissima, ubi primùm  
 sic loquitur : Oportet autem prius,  
 quàm purgans exhibeamus Medica-  
 mentum, humores crassos attenua-  
 re, tenacesq; diffecare, & meatus re-  
 cludere, per quos deduci atq; traijci  
 queant, si purgatio succedere opti-  
 mè debeat, cum in reliquis omni-  
 bus, tùm præcipuè in helleborum  
 assumentibus. Vis enim Medica-  
 menti, quæ divellit, cum humores  
 affectis membris altius inhærentes  
 excutiat, & ob hoc longis morbis  
 proffit, faciliùs opus suum absolvet,  
 priùs attenuatis humoribus. Quod  
 qui negligunt, molestas obibunt pur-  
 gationes, hoc est, non sine tormini-  
 bus, interdum & vertigine quadam,  
 multaq;

*Symptoma-*  
*ta lethalia*  
*inducit pur-*  
*gatio.*

multaq; nausea, malo pulsu, exolutione & difficultate.

Pergit itaq; Galenus & sic loquitur: Post assumptam verò purgationem, statim hordei pulviculam sorbere utile est, ut Hippocrates inquit: Nam purgans Medicamentum, ut exiguum etiam fuerit, in fundum ventriculi descendat oportet, in descensu, cum gula, & quicquid ventriculi gulam excipit, non solum Medicamenti qualitate, sed etiam substantia inter deducendum appulsa, afficiatur, magnoperè læditur. Hæc Galenus hætenus.

*Purgantia  
Ventriculū  
graviter lædunt.*

Ex hisce adductis, ingentem illam atq; extremam, ex prima illa labe contractam perniciem, quam adsumpta purgantia inferunt mortalibus, quis est, qui non satis intelligat?

Eandem quam iam dixi, pestilentem Remediorum purgantium naturam, non tantum Græci, Hippocrates, & Galenus, ut auditum hætenus, verum etiam iure eodem accusant Arabes.

*Arabum  
testimonia.*

N 2 In-

*Avicenna  
testimonium*

Inter quos audiatur primum Hippalensis ille Medicorum Arabicorum princeps, Avicenna, qui 3. primi doct. 2. cap. 1. sic inquit: Nobis necesse est procul dubio superfluitates evacuare, quarum evacuatio, secundum plurimum non completur, nisi cum Medicinis fiat venenosis, quæ procul dubio naturam frangunt.

*Purgantes  
Medicina  
sunt venenosa.*

Hinc idem Avicenna 13. tertii, tract. 1. cap. ult. in hæc erumpit verba: Scias, quod omnes Medicinæ solutivæ, & omnia, quæ abominatorem faciunt, sint mala stomacho. Et in lib. vir. cord. tract. 2. cap. 2. dicit: Medicina laxativa nocet cordi, quoniam omnis evacuatio comprimit.

*Rhazis testimonium.*

Quibus omnibus astipulatur Rhazes, qui ad Almanf. cap. 15. sic scribit: Medicinas quoque ventris solutivas sæpe sumere, corpus debilitat, atq; ad Hecticam atq; Phthisin adducit.

*Purgantia  
inducunt debilitatem.*

Quam

Quam sententiam confirmat Mesues, cap. & Can. 1. ubi dicit : Communis Medicinarum plurimum malitia est , facere senescere corpus , & frequentantibus illas , læsionem asserre principalibus membris , & quæ sunt Mineræ virtutum , earum motores , debilitare , qui sunt Spiritus , & calor naturalis , dicitur.

*Mesue testimonium.*

*Purgantia inducunt Senectutem.*

*Debilitant Spiritus.*

Eandem cantilenam , de venenatis purgantium naturis , canit Averrhoes , Serapio , Avenzoar , & cum his , tota Arabicorum schola.

*Afferunt reliquas rabies.*

Græcorum itaq; & Arabicorum Medicorum veterum , in medium hæc allata , de natura purgantium admodum prava , sufficiant testimonia.

Medicorum recentium , quorum beneficio res Medicæ in consumptionem seculi alentur , sermonibus crescent , literarumq; monumentis inveterascent & corroborabuntur , grata concordia , de venenatis purgantium naturis , æternis non est de-

*Latinarum & Christianorum Medicorum testimonia.*

mandanda tenebris, sed in aspectum lucemq; potius ipsam, cum id intersit vitæ, deducenda clarissimam.

*Fansh.* Quamobrem hic Excellentissimus ille Fernellius Ambianus si audiatur, è re facultatis Medicæ id fuerit maximè, qui lib. 3. Meth. cap. 15. de vitiosa purgatione ubi scribit, venenatam purgantium naturam histic depingit coloribus: Vitiosa autem purgatio, inquit, aut inutilis est, aut molesta, aut exuperans.

*Purgatio  
vitiosa tri-  
plex.]*

1.  
*Inutilis.*

Inutilis est, tum quæ humorem ænoxiio trahit diversum, tum quæ noxium proritat, non autem educit, conturbat enim magis, quam evacuet. Vtraq; dum insensum humorem evellere contendit, eum diffundit, atque exagitat, suscitatoq; vapore retro, corpus inflat atq; distendit, ac proinde magis, quam iusta purgatio laceffit.

2.  
*Molesta.*

Molesta inquit (scilicet purgatio) noxium quidem humorem, sed vi quadam elicit, vel quod præparatio ad-

adhibita non fuerit, vel quod vehementius, aut immoderata quantitate sit Pharmacum, vel quod non correctæ malignitatis sit particeps, ut colocynthis, Euphorbium, Helleborus; vel quod externus error sit admissus; omnis quippe eiusmodi, ægrotum præter modum affligit atq; torquet. Hinc corporis lassitudo, capitis dolor, febris, aliæq; symptomata. Sub hac quidem talia ex-  
cunt, qualia exire oportet, sed vires nimium convelluntur atque dissipantur.

Exuperans & Effrenata, inquit, purgatio, cum humore noxio, naturalis pariter atq; necessarij non nihil vi eripit, non citra virium offensionem: Quoniam igitur de propria corporis substantia non nihil evellit, vel cruor citra Hemorrhoidas, vel ramentum, vel pingve aliquid liquamini, aut loturæ carnis simile in excretis cernitur. Hinc torsiones, cordis dolor, æstus, anxietas, iactatio

3.  
*Exuperans*

N 4 cor

corporisq; perturbatio, præter hæc quoq; animi defectio, summa virium exolutio: Spiritu quasi naturæ thesauro, vel vi directo, vel pharmaci pernicie vel malignitate oppresso. Fernolius hætenus.

*Fuchsi de  
Simonis.*

Cuius accedit sententia Leonhardus Fuchsius, lib. 2. Inst. Sect. 5. cap. 17. ubi hæc habentur verba: Hinc, inquit, non temerè dixit Hippocrates, vacuationes, quæ ad extremum ducunt, esse periculosas: Et plurimum & repente vacuare, periculosum.

*Purgantia  
Ventriculū  
debilitant  
insigniter  
& vires.*

Quia, inquit Fuchsius, vehementes purgationes, quibus tamen hodiè pleriq; utuntur, magno studio vitandæ sunt, quod maximo periculo haud vacent. Nam extra hoc, quod ex ea vires supra modum debilitantur, demolunturque, ventriculo etiam noxam inferunt haud leuem. Siquidem eum non rarò ita lædunt, ac turbant, ut subinde parum rectè, per universum vitæ spacium,

cium officio suo fungi possit. Ut hinc perspicuum evadat omnibus, quanto cum errore agrotantium & discrimine, recentiores & barbaram (intelligit Arabum) sectantes Medicinam, nonnunquam cradicative vacuandum esse præcipiant. Hæc Fuchsius.

Quæ dicta Remedia purgantia non potest quoque suo approbare iudicio clarissimus ille Iohannes Iacob VVeckerus, qui lib. 2. Ant. Gen. cap. 45. sic scribit: omnibus, inquit, *VVeckeri testimonia.* hoc purgantibus inest, ut stomacho *Purgantia inimica stomacho & naturæ* adversentur. Quò nomine *natura.* semper eis admisceri debent, quæ cor aut stomachum roborant. Id etiam, quæ leniendo purgant, habent incommodi, quòd in flatus facile vertantur, ut ea perpetuò postulent, quæ discutiant. Hoc autem *Lenia Purgantia, flatulenta sunt* non iis solum, quæ suapte natura flatulenta sunt, venit observandum, sed in iis etiam, quibus ad expurgan-

N 5 dam



tam putridam, aut humorem Melancholicū utimur &c. Hæc VVeckerus,

*Purgantia  
Ventriculo  
& natura,  
seu venenata  
infesta  
sunt.*

Innuit idem cap. priore, lib. cit. ubi dicit: Maximum id verò est, quod purgantia ventriculo & naturæ, seu venenata, plurimum infesta sunt, ut cūm cibis in corpore nequaquam retineri debeant. Hæc quoque VVeckerus.

Infinita præstantissimorum Medicorum aliorum, præter cotidianam experientiam, in hanc sententiam, quod scilicet purgantia Remedia, seu venenata, deleteria, corrosiva & impura, toti, ob illam maledictionem primævam, adversentur naturæ, generaliter adferri possent testimonia, ni temporis iam obfaret angustia.

Specialiter eandem Remediorum purgantium, qui accusant atrocitatem, illorum iam sequuntur rationes, atque rerum documenta, de quibus sit,

C A.

CAPVT QVIN-  
TVM.

QVOD

*Venenatam, Malignam, Deleteriam,  
Corrosivam & Impuram Remediorum  
purgantium qualitatem, ex Ethnicis Christianis-  
que Medicis alijs, in speciem allatam, ad-  
ducit in medium.*

**G**ENERALIS Axiomatis  
dicti veritas sufficit minimè;  
quapropter adducenda quo-  
que specialis.

Etenim non tantum universali-  
um, ut inquit Aristoteles, lib. 6. ad Nicom. cap. 7. est prudentia, sed o-  
pus est, ut singula etiam cognoscat,  
est enim activa. At actio circa par-  
ticularia versatur. Hinc fit, addit  
philosophus, ut nonnulli etiam nesci-  
entes, nonnullis scientibus actuosio-  
res sint: Et in reliquis illi, qui sunt  
periti; nam si quis leves quidem car-  
nes cognoverit faciles concoctu ef-  
se, & salubres, quæ tamen leves sint,  
igno-

*Non tam-  
tum univer-  
salia, verum  
etiam speci-  
alia sunt  
cognoscen-  
da.  
Aristotelis  
testimonium*

ignorat: is profecto sanitatem non efficiet, sed ille efficiet magis, qui avium carnes esse leves & salubres sciverit, prudentia autem activa est. Hæc Aristoteles.

Idem statuendum de natura purgantium, quæ et si quis venenata esse sciat, quæ tamen illa sint, ignorat, certe lædere potius, quam sanitatem efficiet. Spectanda igitur in specie prava illa purgantium natura.

*De Hel-  
leboro nigro.*

*Hippocra-  
tis testimo-  
nium.*

Et primum quidem de Hellebore nigro ut agatur, sciendum quod convulsionem, quæ lethalis est, producat, ut supra ex Hippocrate allatum fuit.

*Dioscoridi.*

Pestilentem eiusdem qualitatem arguit Dioscorides lib. 4. de Mat. Med. cap. 146. ubi hæc habentur verba: Celerrimè itidem succidi veratrum oportet: Caput enim halitu suo aggravat. Quapropter, qui effodiunt, præsumptis alliis se muniunt, vinumq; bibunt: sic enim tutius effodiunt.

Clas-

Clarissimus ille Fernelius, lib. 5. *Fernelij.*  
 Meth. cap. 10 de Helleb. hæc refert:  
 Purgatio ex Helleboro, inquit, diffi-  
 cilis terrorisq; plena, nec puero, nec  
 seni, nec imbecillo, nec gravidæ, sed  
 robusto soli & animoso adhibenda,  
 tum pervicacioris morbi necessitas  
 postulat, nec aliis cesserit Remediis.

Helleborus albus, sive veratrum *De Helle-*  
 album, mordet, & vomitu tam vehe- *boro albo.*  
 menter purgat, ut propè strangulet,  
 corpori viribusq; perinde atq; vene-  
 num infestus, prorsum fugiendus.  
 est, ut scribit Fernelius, lib. 5. Meth. *Fernelij te-*  
*simonium.*  
 cap. 13.

Quapropter, cum quidam modi-  
 cum antè dederint cibum, veratrum  
 album offerunt, præsertim in his, in  
 quibus suspecta timendæ, erat  
 strangulatio, aut corporis impedi-  
 imbecillitas. Tutò enim sic ea pera-  
 gitur purgatio, ut scribit Dioscori-  
 tes lib. 4. de Mat. Med. cap. 145. Ve-  
 rum num hac ratione illud sit inno-  
 cuum, dicet experientia.

Colo-

*De Colo-  
cynthide.*

*Dioscoridis  
testimoni-*

*um*

*Galenus.*

Colocynthis, inquit Dioscorides, lib. 4. de Mat. Med. cap. 17. stomacho inimica est. Eandem validam in se continere vim purgatoriam, lib. 7. de simpl. Med. Facult. testatur Galenus.

Et lib. 2. de Dynam: inquit Galenus, quod eius partes in ventre & stomacho, & maxime, intestinorum circulis & revolutionibus, propter malitiam intumescant, quæ existentes acres naturâ, & demordentes, intestina exulcerant, quibus insederint, & passiones nervorum inferunt, & strophos & fortes torsiones.

*Fernelij.*

Ad hæc quid Fernelius? Vehementer autem Colocynthis, inquit, lib. 5. Meth. c. 11. ventriculum, viscera, corpusq; conturbat, venas aperit, & sanguinem elicit, quàm alœ, aut aliud quodvis pharmacum potentius: Intestina corrodens, gravibus tormentibus excruciat.

*Fernelij.*

Et paulò post de eadem inquit: Nec puerorum, nec senum, nec prægnantium,

gnatum, (foetus enim vel supposita enecat) sed ætate duntaxat florentium, & robustorum Medicamentum est, vixq; nisi aliorum permixtione tuta.

Scammoneam maligna illa qualitate quis liberabit? Scammonea <sup>De Scammonea.</sup> Choleram rubram educit, inquit <sup>Galenus de Stomacho.</sup> Galenus, lib. 2. de Dyn. Stomacho maximè dolorem inferens, & insavis, & graviter olens, & valdè stimulans. Et cum omnia Cathartica, caco stomacha, præter alœn, sint, scammonea est præ omnibus. Abstinere igitur ab ea oportet debilem habentem stomachum: levissima enim existens, facile ad corpus attrahitur, & de eo purgat, quod non purgandum est. Hæc Galenus. Malitiæ ejusdē nefariæ insinuat scammoneam ipse Avenzoar, qui de ea <sup>Avenzoar.</sup> lib. 1. Thef. tract. 12. Cap. 1. sic loquitur: Omnia laxativa, quæ violenter & impetuose laxant, quale est Scammonea, humores trahunt à to-

to corpore ad stomachum, & purgant corpus totum, stomacho manente repleto. Et cum hoc etiam talis medicina totum corpus desiccet. Quare humor malus in substantia stomachi imbibitur & remanet.

*Fernelij.*

Cui sententiæ subscribit etiam Fernelius, lib. 5. Meth. cap. 9. ubi hæc habentur verba: Scammonium calidum, siccumq; ordine tertio, acre, penetrans & conturbans. Et paulò post dicit: Quumq; vis ejus quasi furens & effrenata sit, promptè quidem & citò è distantioribus vacuat. Et paulò post inquit: Nec puero, nec seni, nec prægnanti, nec imbecillo conveniens, nec ardente febre, aliòve acuto affectu jactato: Sed robusto duntaxat, qui mente sit valida, & universa purgatione indigeat.

*Fernelij.*

Adjungit idem Fernelius postremum: opere quidem, inquit, universum corpus conturbat, calidos humores inflammat, paratis febrem accendit,

cendit, visceribus principalibusque partibus qualitate maligna infectum.

Turethum infamia eadem, illaque prorsus insigni, notavit experientia, de quo sicut etiam de Scammonio, & Colocynthide, Symphoricarpon Campeium, Equitem Auratum, Dominum Favergiae, quondam Lotharingiae Archiatrum, lib. 1. cap. 13. hæc pronunciantem verba audiamus: Homo, inquit, cum scammonio, colocynthide, & Turbith ac aliis Pharmacis venenosis, vitam, quam ei natura usque ad annos octoginta promiserat, minuit, ac calorem vivificum extingvit, & animam à corpore separat &c. Quapropter iunioribus Medicis consulo, ne colocynthide utantur: Est enim suspecta, pernicio-  
*De Turpe-  
tho.*  
*Symphorica-  
ni Campeii  
testimonia.*  
*De Colo-  
cynthide &  
Scammonea.*

Turbith autem, quia plurimos turbat, corpori humano summe nocet: Sive sit, quod Serapio odoriferam esse affirmat, sive de genere la-  
 O                      etici-



eticiniorum, ut Mesues asseverat. Valde enim nocet, adeo ut quosdam vel ob solam hanc causam, pessimos incurrisse, & lethales morbos, apud Lugdunum, ac Carnutenfes Gallos cognoverimus.

Idem lib. 1. cap. 1. de eadem sic inquit: Cædes fiunt multæ, potissimum ex ignoratione Medicinarum venenosarum &c. Hinc est, quod sapissime salus illinc quæritur, ubi mors est. Quippè Medicorum hic optimus esse creditur, quem princeps lucri commendat Pharmacopola, qui cum illo colludit.

*Fernelij.*

De eodem Turpetho sic sentit Fernelius, lib. 5. Meth. cap. 11. ubi sic scribit: Venter autem subvertit, corpus conturbat, & immodicè siccatur. Rarò seorsum datur, sed lenioribus permistum; nec puero, nec seni, nec gravidæ, nec debili, sed uni robusto conveniens.

*De Hermodactylo.*

*Fernelij 10.*

*Simoniæ.*

De Hermodactylo, lib. 5. Meth. cap. 11. Fernelius scribit, quod ven-

tri-

periculum offendat flatusq; suscite.

Sic Esula maior, quæ Pityusa est *De Esula*  
Dioscoridis, uti refert Fernelius, lib. *Fernelij te-*

5. Meth. 12. cap. cordi ac visceri- *stimonium.*  
bus vim infert, exulcerat, venarum  
ora aperit, excitatq; febrim.

Daphnoides Dioscoridis, quæ est *De Daph-*  
prima Mezerei species, atq; sola à *noude.*

Mesue admittitur, est calida siccaq;  
ordine quarto, (eodem referente  
Fernelio, lib. 5. Meth. cap. 12.) & *Fernelij te-*

acerriima, inflammat, accenditq; fe- *stimonium.*  
brem, exulcerat, cordis principumq;  
partium vires veneni modo exolvit.

Neq; Euphorbium veneno caret, *De Eu-*  
de quo Dioscorides, lib. 3. de Mat. *phorbio*  
Med. cap. 87. sic scribit: Potus hic, *Dioscoridis*

Euphorbii liquor scilicet, fervore *testimonium*  
suo integrum diem urit, eamq; ob  
causam melli in usu miscetur.

Lib. de Dynam: de eodem refert *Galeni.*

Galenus, quod sit acutissimum, ni-  
misq; igneum. Fernelius lib. 5. Meth. *Fernelij.*  
cap. 12. urit, inquit, ulcerat & magna  
angustia in syncopen frigidumq; su-

dorem præcipitat. Anno primo prorsus est venenatum, hinc in annum quartum integris persistit viribus.

*De Aloe.* Eandem meretur accusationem Aloe de qua præstantissimus ille

*Hier. Cardan. in testimonio*

*Galenus*

*accusatur.*

Hieronymus Cardanus, lib. I. de San. Tuend. cap. 45. sic scribit: Negligentissimè igitur se gessit Galenus, qui huiusmodi necessaria (scilicet quæ amica vel inimica sint ventriculo) prætermisit, tot nugas de alijs minus necessariis agens.

Pessimè verò cum dixerit, Aloe esse amicissimam ventriculo, quo errore infinitos homines, sperantes hoc auxilio ad senectutem perventuros, hoc ipso consilio, ante maturam ætatem interfecit. Quod etiam rationi consentaneum est, nam & amarissima est Aloe, & abominanda, nec ulla in parte laudem meretur, præter quòd ad ventriculum parum, aut nihil humoris trahit, qua ratione solùm melior est Colocynthide & cucumere asinino & scammonio.

Ea

Ea enim multum humoris ad ventriculum, dum purgantur, trahunt. Quamobrem neq; Hiera utilis est <sup>Hiera non est utilis ventriculo.</sup> ventriculo, cur enim inimicissimum quodvis muneribus adornatum mittes, ut illi prosis? Sic bonus Mesues, <sup>Mesues extinctus usum Aloes, cum filio Galeni.</sup> dum nimium Galeno se credidit, non solum non ad decrepitam pervenit ætatem, sed in ipso flore iuventutis cum sua Aloe extinctus est. Tum maximè, quod eò devenit erroris, ut suaderet, quotidie sumendam esse. Hæc Cardanus.

Nocet Hepati, inquit <sup>Fernelij testimonium.</sup> Fernelius lib. 5. Meth. cap. 9. ut cuius tenues venas amarore & acrimonia vellat, podicem corradit, aperitq; Hæmorrhoidas.

Neque Agaricus caret pernicio. <sup>De Agarico.</sup> Galenus de Dyn. scribit, quod sit <sup>Galenij testimonium.</sup> Caco stomachus, & quia levis, petat superiora.

Hieronymus Cardan. lib. 1. de <sup>Hier. Cardani.</sup> Tuen. san. cap. 25. refert, quod peculiariter excitet vomitum, propter-

O 2 ca.

ea, quod è putridofum fit genere.

*Hier. Mer-  
curialis.*

De eodem Hieronymus Mercurialis, qui ante paucos annos Paracelsus summa cum laude docuit Medicinam, lib. 2. prælect. de comp. Med. cap. 7. hæc profert verba: Agaricus, inquit, vocatus à Democrito Medicina familiæ, quasi propter benignitatem esset Medicamentum naturæ nostræ familiare & benignum, sed forsan hoc dici poterat tempore

*Tempore  
Hippocra-  
tis, rarò ha-  
buerunt  
Medicinas  
benedictas.*

Democriti & Hippocratis, quando scilicet rarò habebant Medicamenta benigna. Etate nostra hoc nequaquam potest dici, quia plurima habemus multò benigniora, imò verò si expendatur ex se natura Agarici, procul dubio, nullo pacto est nobis familiaris; quia concitat vomitum & perturbat.

*De Irīde.  
Fernelij re-  
sponsum.*

Sic de Irīde, lib. 5. Meth. cap. 12. scribit Fernelius, quod sit acris & fauces urēns, ventriculo ac visceribus infensa.

Sic Ricini grana quinq;, aut quod sum-

sumum sit, octo, vehementer magnoq; labore ac impetu, & turbulenta vertigine purgando, corpus iacta- *Fernelij te-*  
 re, Fernelius etiam, lib. 5. Meth. cap. *Almonis.*  
 12. testis est.

Quid de Sena? Quæ gravis est *De Sena*  
 ventriculo, attestante Fernelio, lib. *Fernelij te-*  
 5. Meth. cap. 10. *Almonis.*

In offerendo Elaterio, si ascendi- *De Elate-*  
 mus obulum saltem, periculosum es- *ria*  
 se scribit Dioscorides, lib. 4. de Mat. *Dioscoridis*  
 Med. cap. 149. ubi addit, quod ar- *testimonium*  
 cendi quoq; sint à somno, qui curan-  
 tur. Oporteat præterea his, qui su-  
 pra modum purgantur, vinum oleo  
 mistum continuè bibendum dare.

Atq; hæc quoq; specialiter, de ve-  
 nenata &c. purgantium natura, in  
 medium allata sufficiant. Adduce-  
 rentur plura, nisi accusationum fre-  
 quentia, iudicibus, non suspecta solū,  
 verum etiam odiosa fuisset sæpius.

Alterantia Remedia, ut antè di-  
 ctum quoq;, sua non carere labe at-  
 que impuritate, ostendet iam

O 4 C A-

CAPVT SEX-  
TVM.

QVOD

*Remedia Alterantia, à Venenata,  
maligna, Corrosiva & impura illa quali-  
tate ante dicta, non sint quoq; libera ar-  
gumentis demonstrat.*

**R**EMEDIA Alterantia  
non esse omnino innoxia,  
quotidianâ docti experien-  
tia, & autoritatis & eruditionis ma-  
ximæ viri confirmant consensu una-  
nimi quàm plurimi. De Croco e-  
nim, lib. 1. de Mat. Med. cap. 25. sic  
habet Dioscorides: Bonitate odoris  
tantum crocum, inquit commenda-  
ri Theſſalus quondam autor refert.  
Alii etiam lethalem dixerunt, si tri-  
um dragmarum pondere bibendus  
detur.

*De Croco.**Dioscoridi  
testimonium**Hier. Mer-  
curialis.*

De eodem Hieronymus Mercuri-  
alis, lib. 2. prælect. de Comp. Med.  
cap. 21. sic scribit: Nisi tamen Me-  
dicamentum, quo uti debetis, ha-  
beat

beat facultatem nobis adversam, præter manifestam, hoc dico, quia Crocus non excedit secundum caliditatis gradum, veruntamen, si duæ drachmæ dentur Croci, ut refert Serapio & Avicenna, iugulabit ægrum ridendo, & advertatis in componendis vestris Medicamentis, ut non respiciatis tantum primas & secundas qualitates, sed etiam advertatis diligenter qualitates totius substantiæ. Hæc Mercurialis.

Quam sententiam in suis observationibus confirmat Lobelius, ubi refert, quod si trium drachmarum pondere bibatur crocus, adeo hominem reddat hilarem, ut intereat subito. *Lobeli.*

Et scribit idem, quod cum vino sumptus crocus, ebrium reddat hominem; quod nimirum illius mentem perturbet. Sic Chymici, Hieronymus Reusnerus, Exercit. 7. de Scorb. inquit, in libra croci tantum veneni reperere. *Hier. Reusnerus.*

O 5 Cori-



*De Coriandro Dioscoridis testimonium.*

Coriandri etiam perniciosus notus est, quod Dioscorides lib. 6. de Mat. Med. cap. 9. inter venena referens, in hunc describit modum: Non potest, inquit, ob odorem latere coriandrum, vocem haustum exasperat & ebrietati similem, cum turpi loquacitate, furorem facit. Toto corpore eius, qui id hauserit, coriandri odor etiam sentitur. Idem etiam inter venenata refert Asclepiades, ut videre licet ex Galeno, lib. 3. de Anth. cap. 7. In eadem sententia est quoque Jacobus Theodorus Tabern. Part. 1. sui Herbarii, sect. 2. cap. 17.

*Asclepiades.*

*Jacobi Theodori Tabern.*

*De Mandragora.*

*Dioscoridis testimonium.*

Nec Mandragora venenata & natura pestilens fugit mortales, quam Dioscorides lib. 6. de Mat. Med. cap. 16. inter venena quoque numerando, hisce describit verbis: Sequuntur, inquit, haustum Mandragoræ, quam primum sopor, langvor & inexpugnabilis somni necessitas, nihil à morbo, qui lethargus dicitur, differens.

*Galeni.*

A papaveris verò & Mandragoræ succo

sicco abstinendum lib. 2. de Compos. Med. S. L. admonet Galenus. Non enim citra damnum refrigerat.

Papaveris etiam liquor, quem dicunt Opium, à Dioscoride inter venena refertur, lib. 6. de Mat Med. cap. 17. ubi sic scribit: Potum Papaveris liquorem, qui opium est, perfrictione pruriginèq; , adeò validus sopor sequitur, ut sæpenumerò invalescente veneno, tanta fiat prurigo, ut qui id hauserit, ea vexatione exciteretur; redditur præterea toto corpore Opii odor. Hæc Dioscorides.

Idem etiam inter venena refert Asclepiades, ut videre licet ex Galeno lib. 2. de Anth. cap. 7.

Galenus quoq; lib. 3. simpl. Med. cap. 18. recenset id inter Deleteria.

De Opio etiam Fernelius, lib. 6. Meth. Med. cap. 5. sic loquitur; Pericul., inquit, plenum existit. devotum enim mortiferum est, oculis admotum, caliginem & rugas inducit, surdastrasq; reddit aures, & partes

*De Opio.  
Dioscoridis  
testimoni-  
um.*

*Asclepiades.*

*Galenus.*

*Fernelij.*

tes omnes ad motum sensumq; torpidiores factas, excrementis tandem opprimit. Hæc Fernelius.

Quo cum pessimè in suis compositionibus sint abusi antiqui Medici, & Mesues, Aëtius, Aegineta, Oribasius, atque etiam Galenus, inquit D.

*Nicolaus Braun.*

Nicolaus Braun, part. 2. sect. 6. cap. 1. Herbarii D. Iacobi Th. Tabern. Lectorem admonitum volo, ut tales devitet compositiones, neq; illis tam insigni utatur temeritate.

*De Hyoscyamo.*

*Dioscoridis testimonium*

Ad eandem refertur classem Apollinaris herba, quam Hyoscyamus vocant, cuius vires Dioscorides lib. 6. de Mat. Med. cap. 15. sic describit: Pota in cibo ver. sumpta Apollinaris herba, ebrietatis similem amentiam facit.

*Galeni.*

Inter deleteria numerat Galenus, lib. 3. simpl. Med. facili. Mart. 8. Quæ etiam sententia lib. 2. de Antid. cap. 7. apud Galenum confirmatur ab Asclepiade.

*De Cicuta.*

Cicuta quoq; venenum est, publica

licâ Atheniensium poenâ invisa, ut *C. Plinij S. lib. 25. cap. 11. Hist. Nat. refert Plinius.*

Ex effectis describit eandem Cicutam, lib. 6. cap. 11. de Mat. Med. hisce verbis Dioscorides: Caliginem, vertiginesq; oculis tantas cicutæ potus affert, ut nec minimum videre liceat: Singultus item, mentis alienationem & extremarum corporis partium perfrictiones. Postremo convulsione stranguantur, qui cicutam biberint; cessante à motu omni in arteriis spiritu. *Dioscoridis*

Galeno in numero Deleteriorum habetur lib. 3. de simpl. Med. Facul. cap. 17. Sic ab Asclepiade recensetur inter venena, ut ex Galeno videlicet lib. 2. de Antid. cap. 6. *Galeni*

Potius etiam, quod psyllium vocatur, lib. 6. de Mat. Med. cap. 10. inquit Dioscorides, toto corpore algores facit, & cum resolutione tristitiaq; animi torporem. *De Psyllio.*

Sic Absynthii succum, in potionibus, *Dioscoridis testimonium*  
*De Absynthii suc.*

*Dioscoridis testimonium* bus, non probamus, inquit Dioscorides, lib. 3. de Mat. Med. cap. 124. stomacho nocet, & capitis dolores facit.

*De Lenticula Dioscoridi testimonium.* De Lente sive Lenticula sic scribit Dioscorides, lib. 2. de Mat Med. cap. 98. Hebetat oculorum aciem Lens, quæ edendo est continuus ci-bus. Agrè eadem concoquitur: sto-macho nocet, stomachum & intesti-na inflat. Gravia etiam & tumultuo-sa insomnia lens facit, nervis, pul-monibus & capiti inimica.

*Galenus.* Galenus lib. 1. de Aliment. Facult. cap. 18. scribit, quòd illi, qui hac u-tuntur, Elephantiasin & caneros in-currant.

*De Ervo. Dioscoridis testimonium* Vt & de Ervo Dioscorides refert, lib. 2. de Mat. Med. cap. 100. quòd onerosum sit capiti vescentibus, al-vum turbet, & sanguinem cum urina ducat: Coctum tamen datumq; bo-ves saginet.

*Galenus.* De hoc Galenus, lib. 1. Alim Fa-cult. cap. 29, sic loquitur: Boves tùm apud

apud nos, tum alias quoq; gentes  
 vivo prius in aqua dulcorato pas-  
 cuntur. Homines vero, ab hoc femi-  
 ne prorsus abstinere. Est enim insua-  
 vissimum & pravi succi.

Sic Cicer, quod efficiat inflatio-  
 nes, scribit Dioscorides, lib. 2. de  
 Mat. Med. cap. 95. Quod idem testa-  
 tur Galenus, lib. 1. de Aliment. Fa-  
 cult. cap. 22.

*De Ciceri  
 Dioscoridis  
 testimonium  
 Galeni.*

De Pisis etiam, quod tota sub-  
 stantia, cum Fabis habeant similitu-  
 dinem, refert Galenus, lib. 1. de Ali-  
 ment. Facult. cap. 22. ubi de Fabis,  
 cap. 1. priore scribit, quod inflent, &  
 ventris flatus faciant, atq; agrè con-  
 coquantur.

*De Pisis  
 Galeni te-  
 stimonium*

Et Avenæ vires, lib. 2. de Aliment.  
 Facult. cap. 14. sic refert Galenus:  
 lumentorum autem alimentum est,  
 non hominum, nisi utiq; aliquando  
 extrema fame ad panes ex eo quoq;  
 semine conficiendos, compellantur.

*De Avena  
 Galeni te-  
 stimonium.*

Argentum vivum, ut taceam alla,  
 si consideremus, hoc quid pernicio-  
 sius?

*De Argen-  
 to Vivo.*

*Fernelij testimonium.* **Sus?** Summus ille Fernelius lib. 8. de curat. Morbi Gall. cap. 7. de illo in hunc scribit modum: Rectè Dioscorides, inquit, Argentum vivum seu factitium ex minio, quod cinnabaris dicitur, sive minerale, in argenti fodinarum tectis stillatim concretum, aut per se in Metallis repletum, potum, vim perniciosam habere censuit, eius usu gravissima fieri tormina, interna exedi, & exulcerari, urinam suppressi, corpus intumescere, plumbeamq; deformitatem concipere testatus.

*Galeni.*

Ac Galenus suspectum eius usum ita meritò abhorruit, ut interimat nec ne, sumptus, vel admotus, periculum nunquam facere voluerit, nec deniq; ex veteribus Græcis in Medicinæ usum, tam periculosum Pharmacum inducere quisquam est ausus. Hæc Fernelius.

*Dioscoridis.*

Vide Dioscoridem lib. 6. Mat. Med. cap. 28. ubi refert Dioscorides, quòd etiam lethalia inducat sym-

symptomata , quam inferat spuma  
argenti. De eodem legatur Galenus *Galen.*  
lib. 9. de simpl. Med. facult.

Vsum huius primum avos nostros  
introduxisse, ex Arabum schola, Fer- *Formel.*  
nelius quoque testatur L. C. cap. 6.  
ubi hæc habet verba : Huius enim u-  
sum , inquit, Avi nostri ex Arabum  
schola deduxerunt, quos constat hy-  
drargyrum ad ulcera maligna, & Ca-  
coëthea coercenda, atq; ad omnem  
scabiem siccam , feliciter usurpasse.  
Itaq; eo , cum aliis quibusdam oleis  
& pulveribus in ungenti formam *Empirica*  
concin nato , inungebant brachio- *curandi va-*  
rum & crurum iuncturas, alii & spi- *rio, Medicis*  
nam & cervicem, nonnulli etiam *usitata.*  
tempora , item & ventrem ; atq; ite-  
rum alii universum corpus, quibus-  
dam semel die, quibusdam bis, non-  
nullis tertio iterum die, nonnullis  
quarto. Claudebatur æger in æstua-  
rio, quod calebat assidue, atq; inten-  
sissime ; alii viginti, alii triginta to-  
tos dies, nonnulli plures: perunctum  
P lecto



le~~o~~ apponebant, qui intra æstuari-  
um sternebatur, ac multa superin-  
jecta veste, sudare cogeabant.

*Unguenti  
ex Argen-  
to vivo cru-  
delitas.* Empiricam hanc curandi ratio-  
nem hætenus secuti sunt Medici &  
Chirurgi ferè omnes, non sine ma-  
gno Reip. detrimento. Tanta siqui-  
dem huius unguenti crudelitas est,

*Et Suffumi-  
gationis.*

atq; ferocia, ut secundo statim, aut  
tertio die, langvescere incipiat æger,  
quippe quod in summo corpore est,  
& in toto corporis ambitu, summa  
sua tenuitate colliquat atq; dissolvit,  
ac tandem extrema refrigerandi,  
qua pollet facultate, ad interna re-  
pellit, inde in ventriculum, & tho-  
racem, è quibus deinde sursum par-  
tium continuatione, ad gulam & os  
compellit, tanta, tamq; violenta in-  
iuria, ut dentes, quibus, ut & ce-  
rebro, peculiariter inimicum est, sta-  
tim omnibus vacillent, ac nonnullis  
lividi decedant omnes: Quædam è  
corpore per sudores dissipat, quæ-  
dam purgatoria vi in alvum detur-  
bat,

bat, magnis torminibus. Atq; ut paucis complectar, omnibus cerre qui ita curantur, exulcerantur fauces, lingua & palatum, intumescunt gingivæ, dentes vacillant, sputum per ora sine intermissione profluit: Omni prorsus foetore olentius, tanto contagio. ut labia eius contactu ulcus contrahant, & intus buccæ ulcerentur, frigefacto stomacho ac turbato foetore: appetentia cibi destituntur ægri: Cumq; siti intolerabili crucientur, vix tamen bibere possunt, os alioqui totum uno occupante ulcere. Quia etiam lingua balbutient, aures surditatem contrahunt, nonnullis immedicabilem. Foetet omnis circumhabitatio. Atq; adeo durum est hoc medicaminis genus, ut perire hoc morbo complures malint, quàm tanto periculo, tam acerbo discrimine levare, quanquam vix centesimus quisq; levatur, recidivo ut plurimum ægro.

Recidiva rarò similis est radici,

P 2

neq;

neq; iisdem symptomatis exercet, sed fere destillatione, arthritide, tophis, vel ossium carie. Neq; pari contagione eos, cum quibus societas est, afficit, quod humoris furor & impetus illis auxiliis repressus sit, etiam nondum mali radice revulsa, tempore siquidem ea revirescit, recurritq; interdum post annum vigesimum, aut trigesimum, tantoq; intervallo mali fomes, quasi sepultus, delitescit. Hæc Fernelius de argenti vivi viribus, planè perniciosissimis.

Plura habet cap. 7. ubi illustres admodum curationum adsunt historiae, quibus argenti vivi vires veneno quovis pestilentiores, vivis quasi depingens coloribus, cuilibet collocat ob oculos, quas lector legere poterit.

Astorum de hoc clarissimorum Medicorum iudicia referrem plura, ex quibus venenatæ Argenti vivi vires intelligerentur, nisi temporis esset habenda ratio.

Quid

Quid multis? Quamvis in antè dictis illis speciebus, venenatæ illæ signaturæ conspiciantur evidentiùs; nihilominus tamen illæ, quæ sanitatis videntur gerere anatomiam manifestò, ut Rosæ, Violæ, melissæ, Valerianæ, lavendulæ, stoëchades, betonicæ, argentum, aurum &c. non sunt ab impuritatibus prorsus liberæ, sed morborū mortisq; adiunctas habent radices, utcunq; signaturarum familiaritate assentiri nobis videantur, uti ex superioribus quoq; patuit abundanter.

*Quæ videntur puræ, ree naturales, labe non carent.*

Qui adiuncti illi hospites, advenæ & impuritates, sine discordia & lite, in scientiis vitalibusq; principis quidem concurrunt, cum radicibus rerum in generationum initiis, obtemperant: Verùm fallaci servitutis imagine, opportuna nequitiae expectant tempora; atq; ubi exaltatæ, incoctæ, ab aliis separatæ, atq; ad extremitates, ut loquar cum Hippocrate, ductæ fuerint, vires sum-

*Ostenditur in separatione.*

mas & potestates extremas, calamitosa symptomatum pernicie, ostendentes, inimicitias, dissolutionum mortisq; exercent autores.

*In Melle  
Venenum.*

Dulcedinem mellis quis nescit? in tanta nihilominus dulcedine spiritus illi acutissimi & venenati latent, qui exaltati, & ad extremitates perducti, venenatam & omninò malignam repræsentant perniciem: ita prædestinatione accepta desiderio mirabili, ad officia optata atq; terminos festinant destinatos.

In aliis Remediis, etiam venena manifesta, ubi nec conspiciuntur, nec observantur, ut plurimum tamen coagulationes, sapores, odores, caliditates, frigiditates & proprietates narcoticæ: sic Diaphoreticæ, Diureticæ, Catharticæ, Resolutoria, Vomitoria adfunt, quarum violentas impressiones humana natura sine gravi non potest ferre clade.

*In quibusdam ingratæ qualitates.*

*Non sunt  
Substantia,  
sed accidentia*

Quæ dictæ qualitates omnes, umbræ rerum sunt, postrema & infima

stables, nec radices, in quibus seorsum & sincerè possint demonstrari, habent, quamvis benigna felicioris Naturæ, Solis interioris, Mumix & Balsami fruantur permixtione! Cuius beneficio coherant, in unam œconomiam conspirant, & effectus interdum producunt suæ naturæ limites plurimum excedentes, teste eodem clarissimo & excellentissimo antè dicto Severino L. C. Aspicite, inquit idem, Aronis radices & folia, quantam calorum potestatem, acri & exulcerante sapore, promittant; levi verò adhibita digestionē & saporis acrimonia, & caloris indicia tolluntur, quia superficialiæ extiterunt qualitates, radici non coherentes.

Piperis verò & Zingiberis acrimonia constantior est, quia in sale fundatur, vel in radice & principio, quod ad corporum constitutiones concurrere oportet. Sulphuris præparati sapor, interdum astringentem

*Sustinentur  
interno  
Balsamo.*

*Qualitates  
illa superfici  
aria tolluntur  
facilime*

*Vt in Aronis  
radicibus.*

*Sic in Piperis & Zingibere.*

*Sulphure.*

P 4 acidi.

aciditatem, obscuram tamen, repræsentat : nihilominus diaphoretica & consummativa facultate pollet.

*Antimonij vitro.* Antimonii vitrum insipidum planè est, vomitione tamen & purgationum suspecta vehementiâ, evaluit infame.

*Infame illud est.*

*Chelidonia Vera.*

Sic Chelidonia, ( de vera hic loquitur Auctor chelidonia, artificibus benè nota ) in præparatione mirabilès, saporum & odorum differentias ostendit sæpè contrarias.

*Cupro.*

Quid Cupri contagiosa amaritudine excogitari potest ingratius? nihilominus dulcedinem etiam Saccharo gratiorem, ex cupro eduximus præparatione.

*Radices stables rerum inquirende, non umbra.*

Itaq; lingvæ & externorum sensibilibus ac sensuū inanes censuras iis relinquimus, qui lingvæ sapiëntiâ & sensuum tam exquisita subtilitate pollet. Nos verò stables & sinceras proprietatum inquiremus radices, ex quarû certis & infallibilibus signaturis, facultatum origines inveniemus.

*Qualitates, caliditas &c*

Tales certè Qualitates, ut caliditates,

rates, frigiditates &c. iamdudum ab antiquissimo illo, lib. de Vet. Med. sunt repudiatae Hippocrate, cum peregrinae sint: illa verò legitima: quia sunt principia illa, ex quibus omnia componuntur corpora.

Quaecunq; enim facultates cum corporibus contraxerunt coniugia, corporumq; moderantur alterationes, in Sale, Sulphure vel Mercurio fundantur: Non in sale vel sulphure simpliciter, sed in tali sale, in tali sulphure, in tali Mercurio. Ita sulphura conspeximus, attrahentia ut resinosas; repellentia quoque, sistentia, & continentia, ut narcotica: Ita somnifera, anodyna, mitigantia, consolidantia inveniuntur sulphura. Rursus salium resolutiones frequenter apparent. Mundificationes quoque ex quibus purgationes proficiuntur. Neq; enim aliud est purgatio, quàm resolutio, ablutio, vel mundificatio. Coagulationes vicissim, & consolidationes, à salibus non sunt alienae.

*Rerum umbras.  
Repudiant Hippocrates.*

*Ex tribus principis omnia.  
Hinc omnes actiones.  
Mercurius, Sulphur & Sal.*

*Proprietates illorum.*

P 5 Ho.



Horum principiorum anatomias inquirentes, facultatum causas inveniemus. Ignis verò sectionem & separationem absolvet. Hæc Magni illius Philosophi & Medici Severini, aurea planè est sententia.

*Tria illa  
sunt omnia  
verum prin-  
cipia.*

*Paracelsus  
non illorum  
author.  
Severini te-  
stimonium.*

Hæc tria, Mercurius nimirum, Sulphur & sal, naturalium corporum omnium principia esse legitima, atq; cur illis insigniatur nominibus, neq; Paracelsum illorum esse inventorem, scribit quoq; excellentissimus ille iam dictus Sererintis L. C. ubi sic refert: Quia verò, inquit, corpora omnium Individuorum ab Elementorum matricibus productorum, composita esse animadverterit Philosophi, quæsitum est diu, quæ sit natura, proprietas, differentia principiorum, ex quibus componuntur.

*Omnia non  
ex commu-  
nibus Ele-  
mentis.*

Nonnulli sensuum autoritate contenti, concretorum & communium Elementorum discrimina, proprietates & officia, in singulis Individuorum corporibus deprehendentes, ex horum mixtione & congressu, Cor-  
po-

porum omnium proprietates ac differencias deduxerunt. Nec dubium est, quin in corporibus universis concretis quatuor Elementorum rudimenta conspiciantur: Oeconomiam enim mundanā minima quæq; femina æmulantur. Alii Hermetis discipuli, corporum artificiosa separatione, & hæc communia elementa manifestius conspexerunt, præterea alia quoq; principia potētiora, seminum proprietates, conditiones & naturas magis explicantia, magna utilitate introduxerunt. Tria sunt illa, nominibus specierum, in quibus facultates vniuscuiusq; principii manifestissimè vigent, ornata: Liqueores Mercurii; oleosa Sulphuris; crassiora verò concretaq; salis. Rerum contemplationi penitus incumbēbāt Philosophi, nominum illecebris neglectis.

Hæc igitur Sal, Sulphur, Mercurius, corpora universa conficiunt. Cave igitur, ne arbitreris, eos Sal commune, Sulphur & Mercurium vulgi intelligere: Ex iis enim nullum corpus con-

*Vti sentiunt Peripatetici.*

*Hermetis discipuli per Alchemiā tria invenerunt.*

*Mercurium Sulph. & Salem.*

*Constituunt corpora universa.*

*Non sunt vulgaria illa corpora, uti Sal, Sulphur Mercurium.*

constituitur, cum sint individua, in suo genere absoluta. Vnumquodq; horum tria pariter in se principia continet. Habet enim Sal commune, in se Sulphur, vel Oleum, Mercurium vel liquorem, & adhuc substantiam quandam solidam, vel fixam, Salis naturæ propinquissimam: Similiter, Sulphur vulgare, liquorem continet, oleum & Sal. Eodem quoque modo Mercurius, aquam habet, oleum & Sal. Sed quia differentias trium substantiarum, ex quibus universa corpora componebantur, proprietates, conditiones, in nullis totius creaturæ speciebus magis explicatas animadverterunt, placuit, ex iisdem appellationes mutuari, idq; Philosophica authoritate. Si enim aliis conceditur figurarum & colorum externa similitudine, nomina imponere rebus: qua inscitia eos accusabimus, qui actionum & proprietatum, ab essentia immediatè fluentium, consonantiam imitati, eiusdem fami-

*Cur talibus  
appellantur  
nominibus.*

*Ex rei essen-  
tia desum-  
ptis.*

familiæ rebus easdem appellationes accommodavere?

Nec PARACELSVS primus hæc principia introduxit: neque ab aliis introducta nominum caligine obduxit, ut multi cavillantur. Magnus est numerus Philosophorum, qui seculis aliquot ante natum THEOPHRASTVM Principia prædicta attulerunt, proprietates, officia, differentias, copiose clareq; proposuerunt: quamvis nominum varietate, copia & instabili vicissitudine (ita *Ante Paracelsum nota.* necesse fuit) difficultatem contemplationibus suis obduxerint. Horum nomina; authoritates, loca referre possem, nisi aliò properaret calamus. Hæc Severinus.

Testatur idem, clarissimus ille *Penoti testis monium.* Penotus, qui in quadam Epist. Dedicat. de Med. Chemicis sic habet: Nos Corallos, margaritas, aurum supra marinor terimus, quò facilius naturalis noster calor, earum rerum vim, per venas diffundat, quod minime

nimè faciet, ob caloris nostri imbecillitatem.

*Tinctura,  
Sal Corallo-  
rum.*

Quod si ante Tincturam, Salemq; elicere possimus, in minori dosi exhibendo, natura citius iuvabitur, minusq; gravabitur, transitusq; per universum corpus facilius erit. Iccircò hac nostra ætate Deus, hunc virum, rerum naturalium peritissimū, Theophrastum Paracelsum excitavit, quod deperditas artes bellis civilibus, denuò in lucem revocaret.

*Paracelsus  
à Deo susci-  
tatus, sapi-  
entissimus  
vir.*

*Alchemia  
non est ars  
nova.*

Non quòd margaritarum, Corallorum, sive metallorum solutio, nova ars sit; aut quòd antea non fuerit: teste Arnolde, Raymundo, Gebro, Sozimo, Isaco Hollando, à quo Paracelsus illa tria Principia Principiata expiscatus est: qui ante Paracelsum, annos quadringentos vixerunt, hanc quoq; artem calluerunt. Quis, obsecro, Cleopatram aceto margaritam solvere, suoq; amatori Antonio potandam tribuere docuit? (ut historiæ testantur) nisi quòd eius tē-  
pore,

*Cleopatra  
solvit Mar-  
garitam.*

pore pars erat, quæ bellis continuis sepulta est. Hastenus quoq; Penotus.

Hanc quoq; , quam iam dixi, partium in rebus naturalibus inæqualitatem non exiguam , ut ad propositorum revertar , lib. 4. cap. 3. Med. *In rebus naturalibus contrarias esse Qualitates. Galeni testimonium.* simpl. Facult. confirmat Galenus, ubi hæc habentur verba: Sed suprâ demonstratum est, inæqualia prope-modum esse omnia. Quippe aut impossibile est, aut perdifficile, ullam invenire substantiam, quæ ad amissum similarium sit partium. Vinum namq; diximus, unum quidem habere in se recrementum partium crassarum, undè dum temporis spacio secerñitur, ferturq; deorsum, fex consistit: Aliud verò secundum, quod florem nuncupant, quod dum vinu fervet, supernatat, sed postea ad feces subsidit. Tertium aqueum, quod toti vino permistum est, hoc primariò potissimumq; fervet. Quartum præter hæc ipsa, revera vinum est.

Ostensum verò etiam est, quòd *In oleo, luto, &c.* tum

tum, in oleo, tum in lacte, tum aliis omnibus succis, eadem sit recrementorum natura, multoq; magis, in totis plantis, metallicisq; omnibus. Hæc Galenus.

*Galeni.*

Quam suam sententiam confirmat Galenus, lib. 3. Med. simpl. Fac. cap. 24. Et lib. 3. simpl. cap. 16. Galenus dicit, quod medicamenta sensu quidem omni, atq; cogitatione appareant simplicia, verum natura sint composita.

Quæ omnia aliis atq; pluribus illustrat Galenus, lib. 3. simpl. Med. cap. 14. ubi hæc leguntur verba: Reliquum autem est id, cuius subindè iam antè necessariò mentionem quidem fecimus, absolutè nondum exposuimus: Est autem istud nempe, omnia propemodum Medicamenta, licèt sensu simplicia appareant, naturâ tamen esse composita. Quin & subindè quoq; adversissimas in se cōtinere facultates, nempe excernendi & sistendi, incrassandi & extenu-

an-

andri, rarefaciendi & condensandi, illinendi & abstergendi, contrahendi & laxandi, cæterasq; oppositiones universas, ut in sequente hunc patet libro. At mirum hoc videri minimè debet, in id genus facultatibus, cum uni & eidem Medicamento, vim calefaciendi & refrigerandi inesse appareat, aut exsiccandi, humectandi, aut tenuium partium, aut crassarum. Hæc Galenus.

Quam suam sententiam quoque *Galenus* Galenus cap. seq. lib. cit. de brassica, aloë, lacte, rosa, ac aliis desumptis, illustrat exemplis. Verùm contraria illa jam dicta Medicamentorum facultates, corpori humano ubi exhibita fuerint, quid efficiant, ex *Contraria illa qualitates infundentes nocent Humano corpori exhibita.* Galeno lib. 3. cap. 6. simpl. videre licet, ubi hæc habentur verba:

Sanè subindè in aliis tractatibus demonstratum à nobis est, amicitias quasdam pugnantiasque qualitatum, omnibus rebus inesse: ac quod familiare est, expeditè assimilari:

Q quod



quod verò contrarium, ad intentionem ducere, tum animantia, tum plantas. Præterea, familiaritates illas, à totius substantiæ proprietate trahi, id quod sæpenumero & dictum & ostensum. At isti cum agere id capere possint, sequitur, ut falso de complurium Medicamentorum viribus pronuncient. Hæc Galenus.

*Galenus 10.  
Methodicum.*

Quam eandem suam sententiam, lib. de Ther. ad Pisom. cap. 4. Galenus hisce repetit verbis. Omnium autem naturam ideò diligenter inquirimus, inquit, ut facultatem accuratè discamus, per quam agunt. Dum itaq; scrutamur ista, deprehendimus, alia sicuti dicebam, omnibus suis partibus idem, & posse & agere semper, alia verò, quæ sicut partes diversas habent, ita vires dissimiles ostendunt, & actiones plerumq; tam diversas efficiunt, ut contrarios effectus, in humanis corporibus ab eis fieri videamus, quæ res inspicientibus admirationem excitat. Si quis enim

caim lapathii folia comedat, alvum deijciat: Sin autem manducet eius semina, retinebit.

Pari modo quoq; , galli veteris ius, decoctum brassicae, & cochlearum marinarum iusculum, ventrem provocant. At ipsius Brassicae olus, & illarum carnes comestae, astringunt. Aloes pulvis & æris squama, carniū excrescentias in ulceribus comprimunt, & illuc confluentes humores siccant: Ore autem sumpta, & emolliunt & expurgant totum corpus. Lac ipsum, si quis dividat, contrarias facultates & usus habet. Serum enim exhibitum, ventrem *Admirabile* *les vires in* *rebus natur* *calidum esse* laxat, caseus emanfus, eundem cohibet.

Iam verò quædam, ex commistis virtutibus, quas in se continent, admirabiles adeò produciunt effectus, ut nō fieri quidem audientibus posse videantur, nisi ex eventu fidem oculis ipsi consequantur. Trifolium, quod verno tempore, cum floret,

hyacintho simile est, & semen agresti Cnico gignit par, si quis valde decoquat, & inde commorsum à Bhalangio, vel etiam vipera, locum deinde abluat, ipsum sanat, & illico dolores amovet. At si quis alius, non percussus, eidem aquæ sanam partem immittat, similem commorosis læsionem totidemq; dolores sentit: ut revera summa admiratione dignum sit, eandem herbam, & percussis membris sanitatem inducere, & sanis læsionem percussionis interre.

Rursus Medicinæ quædam exant pullo pacto nutriendis hominibus idoneæ: veluti cicuta, quæ sturnos alit, nec in eis mortiferam vim exercet, in nobis autem vitæ calorem exringvit. Et veratrum, quod tamen si coturnices pascat, hominem tamen strangulat. Nonnulla verò deprehendimus, quibus proprium est, partem aliquam corporis solum offendere: quemadmodum lepus marinus pulmonem: Cantharides, vesicam exulce-

ulcerant &c. Hæc quoq; Galenus.

Atq; hæc quoq; quòd Remedia Alterantia non sint libera à maligna illa qualitate, in medium allata sufficiant. Itaque voti nunc compotes, *Perveni.* contemplationem præsentem hoc tempore concludemus, breviq; repetitione, copias in angustum contrahentes, dicemus: Deus misericors, pro sua in hominem *Φιλανθρωπία*; Protoplastum, ipsiusq; sobolem inter alias nobilissimas artes, etiam Alchemiã docuit; quam postea à primis illis Patribus, ad Ægyptios, Arabes, Græcos, Romanos, & tandẽ Germanos delatam novimus; à quibus Germanis, quæ partim diligentia, partim ætatis progressu consecuti fuerunt, & quæ temporibus magis, quàm scriptoribus defuerunt, addita sunt; ut ita ab antiquis, tradita Alchemia, quasi vetustate, vel potius temporum iniuria collapsa, vel verius extincta, jam de Orco sit in ipsam revocata lucem clarissimam.

Q 3

Al-

Alchemia quoq; est verum, legitimum & unicum illud instrumentum, quo tuta, iucunda, & efficacia, (ubi nec opus est Directoriis, & in quibus certa, quæ etiam omnium debet esse exactissima, potest haberi ratio Doseos,) possint præparari Remedia, quæ commode cum maximo, sine nausea ulla, exhibentur Homini.

Labem etiam & malignam Remediorum ut & reliquarum rerum naturalium omnium qualitatem, ob peccatum, à DEO TER MAXIMO, pœnæ loco, inflictam esse Naturæ, probatur: Illamq; ipsam, in Remediis, cum purgantibus, tumq; alterantibus elucere maximè, innotescit argumentis.

Alchemiam igitur artem illam vetustissimam & nobilissimam, quæ non tantum maligna antè dicta qualitas Remediis, ob peccatum à Deo inferta tollitur, verum etiam à matricibus, Elementis nimirum, quæ  
SOL

Spiritus illius vivifici, omnis sanationis autoris, impedit atq; frangit vium & potestatem, contracta impuritas abijcitur, ut salutaria, tuta & iucunda Medici nanciscantur Remedia, ambabus, quod dicitur, amplectamur ulnis atque veneremur sanctè.

Eius rei quoq; , ut scribit clarissimus ille Hieronymus Reusnerus, *Alchemia typus resuscitationis mortuorum illustris.* Exer. 9. de Scorb. typum in resuscitatione mortuorum cernemus. Corpora namq; nostra, pistillo mortis, in mortario & phrontisterio calamitatum teruntur : Pòst, in pulcutorum digestionem putrescunt, loculo terræ luto Hermeticè ferruminato, usque ad extremi iudicii diem : luculento reverberii igne, cucurbitæ mundi subdito. Tandem ex massa putrida & foetida, vivus vivi D E I spiritus, novam essentiam ac Balsamum incorruptibilem etiã ex corruptissimis Mumie partibus eliciet : ut hic perpetuæ Aquæ vitæ artificiosissimè recti-

rectificatæ, quæ ne guttulam quidem phlegmatis immundi mundi retinet, respondeat: quæ æternam iuventutem & sanitatem conservabit in flore: Senectutem viridem retardabit: omnes clades pellet: imò ipsam mortem, eiusque satellites, invaletudines, profligabit. Cuius beatitudinis ut nos quamprimum compotes reddat Dominus Θεάνθρωπε, pro sua Φιλανθρωπία etiam atque etiam oramus.

*SOLI DEO GLORIA.*

